

DE ACCIDENTIBUS REMANENTIB. IN EUCHAR. 465
cedat siue non excedat vinum consecratum; Ratio
est: quia vi solorum verborum consecrationis con-
secratum vinum tamdiu consecrationem retinet,
quamdiu retineret formam vini, si hæc adesset.

Obj. Si aquæ benedictæ in maiore quantitate
addatur non benedicta in minore quantitate totum
illud mixtum obrinet benedictionem, ergo si mo-
dicum vinum non consecratum misceatur conse-
crato totum erit consecratum.

Res. Concesso Anteced. Conformiter ei, quod
Innoc. III. de mixtione olei non benedicti cum
benedicto dixit in cap. 3. de Consecr. Eccl. vel alt.
lib. 3. tit. 40. *Nec negamus, quin oleum non conse-
cratum consecrato possit oleo commisceri.* Negando
conseq. cum S. Th. tum hic Q 77. a 8. ad 3. tum
in 4. dist. 12. Q 1. a. 2. Q 6. ad 2. ubi ita: *In
aqua benedicta non fit aliqua mutatio substantialis ip-
sius aqua: sicut est in hoc Sacramento: sed acquiri-
tur ei virtus aliqua ex benedictione: & ideo illa vir-
tus potest pervenire ad aquam additam: sed in hoc Sa-
cramento vinum convertitur substantialiter in aliud
virtute verborum: & ideo non oportet, quod vinum
additum substantialiter etiam convertatur in Sacra-
mentum, sed potest esse, quod convertatur in vinum
virtute accidentium vini, qua remanent.* Ex quibus
patet Ecclesiam voluntate suâ efficere, ut accedens
aqua participet benedictionem, non verò ullius vo-
luntate fieri, ut vinum transubstantietur sine vera
consecratione.

DISPUTATIO XXV.

*De Formâ, Effectibus, & sumptione Sa-
cramenti Eucharistiae.*

Differt Sacramentum Eucharistiæ ab aliis Sacra-
mentis, quod alia Sacramenta quando con-
ficiuntur

ficiuntur, ita ut applicetur forma materiæ, etiam suos effectus in subjectis dispositis causent, e contra Eucharistia non causat suos effectus, quando fit, sed quando eo utimur, qui usus à confectione hujus Sacramenti distinctus est, unde licet ideò conficiatur, ut sumatur, sumptio tamen illud non constituit, sed constitutum jam supponit. Sicut autem in hoc Sacramento duplex est materia videlicet panis & vinum, ita quoque est duplex forma: prior, quâ convertitur panis in corpus, posterior, quâ convertitur vinum in sanguinem Christi virtute cujus hoc Sacramentum multos & miros in devotè sumentibus effectus caulat.

Q U Æ S T I O I.

Quæ Forma Consecrationis panis & vini?

DICO 1. *Forma Consecrationis panis debet significare ipsam conversionem panis in Corpus Christi Unde hac forma est convenientissima: Hoc est Corpus meum. S. Th. hic Q. 78. a. 2. O.*

Probatur: Illa verba sunt forma consecrationis panis, quibus Christus hoc Sacramentum confecit, atque ut iisdem illud conficerent, Apostolis eorumque successoribus præcepit; atqui enarratis verbis Christus hoc Sacramentum confecit, non verò quando panem benedixit, ut fatetur disertè Trident. sess. 13. de Euchar. cap 1. Cum post panis vinique benedictionem, se suum ipsius corpus illis præbere ac suum sanguinem, disertis ac perspicuis verbis testatus est. Ergo dicta verba sola sunt essentialis forma consecrationis panis. Et licet particula enim deliberatè sine peccato mortali omitti non possit, at tamen non est de essentia, sed tantum propter connexionem cum verbis antecedentibus ab Ecclesia

addita

De F
addita
jus ult
tia qua
tantum
nificat
men v
retur,
quia n
illa ve
(c.)
tur &
Christ
cepti,
apud
& Pa
tamen
protul
taxat,
nificat
Obj
recitat
ergo i
Q. 78
tativè
dos e
ultim
statis
ea app
verba
Ob
Latina
Eucha
corpu
nem
Pa

addita est. Igitur sola hæc verba sunt essentialia; cuius ulterior ratio est: quia illa verba sunt de substantia quæ significant præsentiam Christi, sed si unica tantum vox omitteretur ex enumeratis, jam non significaretur præsentia corporis Christi, ergo. Illa tamen verba, quæ antecedunt (*qui pridie quam pateretur, accepit panem &c.*) non sunt de essentia: quia non sunt verba Christi sed Evangelistæ; etiam illa verba consequentia (*quod pro vobis tradetur &c.*) non sunt de essentia: quia sine illis exprimitur & sufficienter significatur præsentia corporis Christi imò nec illa verba sunt de necessitate præcepti, cum & Romana Ecclesia illa omittat, nec apud Marcum & Mathæum habeantur & licet Lucas & Paulus illa à Christo prolata commemorent, non tamen omnia, quæ Christus inter consecrandum protulit, sunt de necessitate Sacramenti, sed ea duntaxat, quibus conversio panis in corpus Christi significatur.

Obj. 1. Illa verba dicuntur tantum historicè & recitativè, ad significandum, quid Christus egerit; ergo illis non conficitur Sacramentum.

2. Negando Anteced. Quia juxta S. Th. hic Q. 78. a. 5. verba illa à sacerdote non tantum recitativè, sed etiam significativè proferuntur; Sacerdos enim & commemorat, quæ verba Christus in ultima cœna dixerit, & exercendo actum suæ potestatis sibi à Christo datæ in persona Christi intendit ea applicare ad materiam præsentem & facere, quod verba significant.

Obj. 2. Græci saltem in Communionem Ecclesiæ Latinæ existentes verum conficiunt Sacramentum Eucharistiæ; atqui non verbis his solis: Hoc est corpus meum: quia postea subjungunt: *Et fac panem quidem hunc pretiosum corpus Christi tui &c.*

transmutans ea Spiritu sancto tuo amen, amen, amen, ut constat ex actis Concilii Florentini; his verò verbis significatur nondum esse factam conversionem. Deinde omissis illis, quæ præcedunt: qui pridie &c. non significatur, quod sacerdos loquatur in persona Christi.

¶ ad 1. Quod Græci in eodem Concilio Florentino facti sint, se firmiter credere, quod illis verbis: *Hoc est Corpus meum*, fiat Sacramentum, per subsequentem verò orationem se nihil aliud petere, quam ut nobis fiat corpus Domini, id est: ut cibus Eucharisticus, qui revera est corpus Domini, fiat salutaris illis, qui sumunt & pro quibus offertur.

Ad 2. Licet præcedentia verba omitterentur, fit transsubstantiatio per sola verba enumerata, modo sacerdos illa proferat ex intentione consecrandi; hoc ipso enim dicit: *meum* non in persona propria sed in persona Christi.

In consecratione calicis sive dicatur: *Hic est enim calix Sanguinis mei*: sive *Hic est Sanguis meus*, validum conficitur Sacramentum; quia utroque modo verificatur contentum sub illis speciebus esse Sanguinem Christi & utroque modo verba consecrationis à Scriptura referuntur, nam Matth. cap. 26. v. 28. & Marcus cap. 14. v. 24. habent: *Hic est sanguis meus*, Lucas verò & Paulus: *Hic est Calix novum Testamentum in sanguine meo*, hæc apud omnes Catholicos sunt certa; sed difficultas est, an omnia in forma consecrationis calicis enumerata videlicet: *Hic est calix sanguinis mei, novi & aterni testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum*, sint de essentia formæ, Pro cuius resolutione

DICO 2. Per prima verba cum dicitur: *Hic est calix*

DE
calix /
sangu
dicta
calicis
Pro
quæ su
mentu
nem C
meum
tionis
eticè c
calix /
hoc, u
versio
littera
fenter
verba
calicis
Utrum
pus me
dens a
jus Sa
ria, q
dicitur
nis me
4. Dic
profer
calix /
trame
mente
præcifi
2.
licis,
& Sac
quo fu

DE FORMA EFFECTIB. ET SUMPT. SACR. EUCH. 469
calix sanguinis mei; significatur ipsa conversio vini in
sanguinem. S. Th. hic Q. 78. a. 3. in O. Sive sola
dicta verba sunt de essentia formæ consecrationis
calicis.

Probatur 1. Illa verba sunt de essentia formæ,
quæ sunt specialiter necessaria, ut perficiatur Sacra-
mentum, & ut significetur conversio vini in sangui-
nem Christi; idè enim illa verba: *Hoc est corpus
meum*, sufficiunt ad formam essentialem consecra-
tionis panis, quia sufficiunt ad significandam pra-
cticè conversionem panis; sed illa verba: *Hic est
calix sanguinis mei*, præcisè reliquis, sufficiunt ad
hoc, ut perficiatur Sacramentum & significetur con-
versio in sanguinem Christi: ut clarè probatur ex
littera S. Th. in qua potissimum fundatur opposita
sententia asserens omnia in Ecclesia latina usitata
verba requiri ad essentialem formam consecrationis
calicis. Ità enim S. D. hic Q. 78. a. 1. ubi quærit:
*Utrum hæc sit forma hujus Sacramenti: Hoc est cor-
pus meum & hic est calix sanguinis mei*, & respon-
dens affirmativè dat hanc rationem; quia *forma hu-
jus Sacramenti importat solam consecrationem mate-
ria, que in transubstantiatione consistit; puta cum
dicitur: Hoc est corpus meum vel hic est calix sangui-
nis mei*, adhuc magis se explicat in responsione ad
4. *Dicendum est, quod si sacerdos sola verba prædicta
proferret nimirum Hoc est corpus meum, & Hic est
calix sanguinis mei cum intentione conficiendi hoc Sa-
cramentum, perficeretur hoc Sacramentum; ergo ex
mente S. Th. hæc verba: Hic est calix sanguinis mei,
præcisè cæteris sunt de essentia formæ calicis.*

2. Si omnia verba essent de essentia formæ ca-
licis, sequitur Ecclesiam Græcam caruisse sacrificio
& Sacramento sanguinis Christi etiam illo tempore,
quo fuit Ecclesiæ Romanæ unita, quia in multis

Græcorum Ecclesiis & Liturgiis ab Ecclesia Romana præsertim in Concil. Florent., in quo facta reunionio Græcorum cum Latinis, non reprobatis, illa verba: Novi & æterni Testamenti: omittuntur, ergo.

Obj. 1. Florent. definit formam hujus Sacramenti esse verba Salvatoris, quibus hoc Sacramentum confecit; sed Christus non confecit solis illis verbis: *Hic est calix sanguinis mei*, quia apud Lucam habetur: *Hic est calix novum Testamentum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur.*

R. Christus totum hoc Sacramentum confecit primis verbis: *Hic est calix sanguinis mei*, tanquam sufficientibus ad perficiendam conversionem vini in sanguinem: quia in his verbis adæquatè reperitur practica significatio conversionis vini in sanguinem Christi, uti practica significatio conversionis panis in corpus Christi reperitur in solis illis verbis: *Hoc est corpus meum*, reliqua tamen verba addidit Christus in consecratione calicis tanquam integrè & completè exprimentia virtutem sanguinis Christi.

Obj. 2. *S. Th. cit. a. 3. Q. 60. a. 8. O. dicit: Sunt alii, quò melius dicunt quod omnia sequentia sunt de substantia formæ usque ad hoc, quod postea sequitur: hac quotiescunque &c.* Quod autem est de substantia formæ, hoc est de essentia formæ, ut patet ex illis quæ docet *Q. 60. a. 8. O. Si diminuatur aliquid eorum quæ sunt de substantia formæ sacramentalis, tollitur debitus sensus verborum & ideo non perficitur Sacramentum.*

R. Hæc vox substantia est indifferens, ut applicetur ad significandum aliquid ad essentiam vel ad integritatem pertinens, sicut manus & pedes dicuntur de substantia corporis humani, quia sine illis

DE
 fis cor
 sentia
 xerit r
 guitate
 has vo
 cundè
 mei, si
 modo
 nis, et
 tiam f
 Ob
 est inf
 tanq
 effulu
 in tri
 tute p
 ferent
 ta, qu
 ter sur
 mit la
 per ty
 ad ca
 firma
 enim
 testat
 tem r
 testan
 nifica
 stræ r
 sacri
 pro z
 destir
 si eff
 R.
 calici

lis corpus non est perfectum, licet non sint de essentia corporis, quod autem S. Doctor l. cit. intellexerit reliqua verba in forma calicis spectare ad integritatem, ex duobus colligitur: primò, quia dicit has voces spectare ad integritatem locutionis. Secundò, quia dicit per prima: *Hic est calix sanguinis mei*, significari conversionem vini in sanguinem, eodem modo quo dictum est in forma consecrationis panis, ergo insinuat in iis consistere adæquatam essentiam formæ.

Obj. 3. Sacramentum Eucharistiæ non tantum est institutum tanquam Sacramentum, sed etiam tanquam sacrificium, ad sacrificium autem pertinet effusio sanguinis, ac ejusdem effusi efficacia, quæ in tribus præcipuè consistit, *1mò*, in perpetua virtute promerendi hæreditatem cælestem, *2dò*, conferendi gratiam & fidem, *3tò*, remittendi peccata, quæ omnia significantur per formam integraliter sumptam; Nam *Ly Calix Sanguinis mei*, exprimit sanguinem Christi, quatenus à nobis potabilem, per *ly Testamenti* declaratur ultima voluntas, quæ ad cæleste regnum destinamur ipsius sanguine confirmari juxtà Apostolum ad Hebræos 9. v. 16. *Ubi enim Testamentum est, mors necesse est, intercedat testatoris, per ly aterni* significatur hanc hæreditatem non esse temporaneam sed æternam, nec huic testamento aliud successurum, *ly mysterium fidei* significat hoc Sacramentum esse de præcipuis fidei nostræ mysteriis. *Ly effundetur* explicitè cruentum sacrificium crucis indicat. *Per ly pro vobis & pro multis* indicatur, quod pro vobis prædestinatis efficaciter pro aliis omnibus sufficienter sit effusus.

R. Hæc omnia non plus probare, quam in forma calicis valdè convenienter apponi reliqua verba,

non autem quod sint de essentia formæ; quia effusio sanguinis per sola prima verba consecrationis, quæ convertunt vinum in sanguinem, significatur in actu exercito: nam vi formæ sanguis consecratur seorsim à corpore Christi, & ità in consecratione calicis significatur mystica separatio sanguinis à corpore Christi, inquantum vi illorum verborum; *Hic est calix sanguinis mei*, ponitur sub speciebus vini solus sanguis. Sufficit autem ad essentiam formæ, ut practicè significet hoc, quod per actionem sacramentalem fit, non verò est necessarium, quod forma Sacramenti omnes effectus Sacramenti significet.

Obj. 4. Quia Baptismus non est institutus tantum ad spiritualem ablutionem à peccatis, sed etiam ad professionem fidei, idè ad valorem Sacramenti requiritur in forma invocatio SS. Trinitatis; ergo etiam, quia hoc Sacramentum est institutum ad significandam rationem sacrificii, debet exprimi effusio sanguinis.

R. In sola ablutione nec ex - nec implicite significatur professio & invocatio SS. Trinitatis; effusio autem sanguinis & ratio sacrificii per sola prima verba significatur exercite, per sequentia signate exprimitur.

Obj. 5. Ecclesia præcipit totam formam supra calicem à sacerdotibus proferri, antequam calix exhibeatur populo adorandus, ergo.

R. Ex usu & praxi Ecclesiæ non plus inferri, quam quod Ecclesia præcipiat sub gravi obligatione, ne calix prius populo exhibeatur adorandus, priusquam omnia illa verba fuerint per modum unius formæ supra calicem prolata; quia non est certum, sola prima verba esse sufficientia.

Colliges 1. Si sacerdos prolatis tantum his verbis

DE F
morere
condit
dum:
culativ
tutius.
Sacram
non sat
tur turi
Coll
intenti
Christ
ut affe
ellect
Col
histor
dicta
Qui p
deditq
vè: q
haber
quate
mod
tima
enun
tem
respi
Co
strare
substa
cieru
ciant
panis
tenta
Ratic
ficati

moreretur; Calicem non absoluè sed tantùm sub conditione esse adorandum, & de novo consecrandum: quia non obstante majori probabilitate speculativa nostræ opinionis, sequendum est in praxi tutius. Sive: illud per quod certò validum conficitur Sacramentum: in Sacramentis enim conficiendis non satis est, ut sit probabilior opinio, sed requiritur tutior.

Colliges 2. Sacerdotem debere consecrare istâ intentione, quod velit consecrare verbis, quæ Christus ad hoc instituit, sive illa sint sola priora, ut asserimus, sive etiam alia subsequencia suum intellectum captivando in obsequium fidei.

Colliges 3. Verba consecrationis proferri simul historicè seu recitativè: quia proferuntur tanquam dicta in ultima cœna: ut patet ex verbis Canonis: *Qui pridie quam pateretur &c. benedixit & fregit, deditque Discipulis suis,* & assertivè seu significativè: quia proferuntur in persona Christi, & non habent aliter vim conversionis Eucharisticæ, nisi quatenus cadunt suprâ præsentem materiam, & eo modo proferuntur, quo Christus illa protulit in ultima cœna; sed Christus illa protulit assertivè seu enuntiativè, nec alia ratione cadunt suprâ præsentem materiam: quia quatenus proferuntur historicè respiciunt tantùm species à Christo olim cōsecratas.

Colliges 4. Particulas *Hoc & Hic* non demonstrare accidentia vel substantiam panis & vini, sed substantiam singularem sub velamine istarum specierum contentam, sic ut istum sensum verba efficiant: hæc substantia contenta sub speciebus panis est corpus meum. Hæc substantia contenta sub speciebus vini est sanguis meus. *Ratio est:* Quia per has prædicationes ita verificari debet identitas inter prædicatum & subjectum

ut tamen subiectum formaliter differat à prædicato in modo enuntiandi; sed si ex parte subiecti significetur substantia singularis contenta sub istis speciebus, verificatur identitas corporis & sanguinis Christi cum substantia contenta sub speciebus cum differentia quoad modum significandi & enuntiandi, quæ non verificatur, si subintelligantur accidentia vel substantia panis, falsum enim est, quod accidentia vel substantia panis & vini sint corpus & sanguis Christi; ergo significatur substantia singularis contenta sub his speciebus.

Colliges 5. Quod particula *est* in utraque forma non denotet idem quod *significat*, ut volunt sectarii adducentes aliquos textus in quibus *est* sumitur pro *significat*, ut Exod. 12. v. 11. *Est enim Phas* (id est transitus) *Domini*, Luc. 8. v. 11. *Semen est verbum Dei*. 1. Cor. 10. v. 4. *Petra autem erat Christus*, sed veram realem connexionem & identitatem extremorum, cum aliàs, quando vocula *est* sumitur significativè, inter extrema debeat esse repugnantia, propter quam unum extremum debeat sumi impropriè, nulla verò est in propositionibus his: *Hoc est corpus meum, Hic est sanguis meus*, repugnantia, cum juxta quod ostensum est in præcedentibus, verè fiat, quod per has propositiones significatur, unde non est paritas inter has & priores prædicationes.

Colliges 6. Quod sacerdos non consecraret, si mutaret formam sive consecrationis panis dicendo: hoc est corpus Christi, sive calicis dicendo: Hic est calix sanguinis Christi, tum quia hoc modo non loqueretur in persona Christi, sicut consecrando loqui debet, sed in persona propria; tum quia non uteretur iisdem verbis, quibus usus est Christus, sed aliis omninò diversis.

QUÆ.

QUESTIO II.

An, quando & quomodo, & quam gratiam conferet Eucharistia?

PRO numero septenario virtutum tum Theologicarum, tum Cardinalium effectus gratiæ sacramentalis cuilibet Sacramento propriæ distribui potest, ita ut ad quamlibet virtutem magis pertineat gratia prout per quodlibet Sacramentum confertur: ita ut fidei Baptismus, fortitudini confirmatio, iustitiæ pœnitentia, spei extrema unctio, prudentiæ ordo, temperantiæ matrimonium, ac denique charitati correspondeat Eucharistia, utpote quæ charitatem augendo animam nutriat.

DICO I. Omnem effectum, quem cibus & potus materialis facit, quantum ad vitam corporalem (quod scilicet sustentat, auget, reparat & delectat) hoc totum facit hoc Sacramentum quantum ad vitam spiritualem. S. Th. hic. Q. 79. a. 1. in O.

Explicatur & probatur Conclusio enumerando omnes Eucharistiæ effectus.

Primus effectus est gratiæ & vitæ spiritualis augmentum, aliter tamen illud Eucharistia confert, quam Sacramentum Confirmationis illud tribuat: quia Confirmatio dat illam gratiam, quâ exterioribus impugnationibus resistamus, Eucharistia verò gratiam auget, ut homo Christianus interiùs perfectior & magis sanctus evadat; est ergo proprius huius Sacramenti effectus gratiæ & sanctitatis augmentum: quia in hoc Sacramento datur Christus sub speciebus panis & vini in memoriam passionis, ut animæ conferat effectus, quos cibus & potus corporalis corporibus præstat, hinc qui sæpè hoc Sacramentum suscipiunt, nullum autem in sancti-

tate progressum notant, meritò timere debent, ne hoc Sacramentum minus dignè suscipiant.

Secundus effectus est unio cum Christo, sicut in matrimonio inter virum & uxorem ità fit unio, ut duo dicantur esse in carne unâ: quia nempe est mutua alterius conjugis in alterius corpus potestas, sic etiam, quia Christus se in hoc Sacramento dat suscipienti, & Christo vicissim se tradit suscipiens dignè hoc Sacramentum, magna est inter utrumque unio moralis, ex qua unione cum Christo sequitur unio fidelium inter se: nam eadem uni tertio sunt eadem inter se; in hoc ergo cognoscere possumus, quod Sacramentum hoc dignè suscipiamus, si dilectionem ad invicem habuerimus.

Tertius effectus est spiritualis dulcedo & delectatio de divinis, sicut enim est proprium cibo corporali non tantùm nutrire sed etiam delectare, ità etiam cibus Eucharisticus, qui figurabatur per manna deserti, quod habebat dulcedinem & suavitatem omnis saporis, animam spiritualibus replet delitiis; est enim connaturale amori, quod percipiat delectationem de præsentiâ objecti amati, cum ergo excitetur effectus charitatis, & Christus cum sua humanitate & divinitate fiat intimè præsens sumentis, causat spiritualem dulcedinem in sumente, de qua Psal. 67. v. 11. *Parasti in dulcedine tua &c.* Hæc spiritualis dulcedo sicut solet crescere ex majori devotione accedentis ad hanc mensam, ità sæpè impeditur per rerum temporalium distractiones, per inordinatos affectus erga creaturas & venialia peccata, quandoque tamen etiam à Deo sine culpa suscipientis ad majorem virtutis probationem subtrahitur.

Quartus: est specialis vigor contra tentationes & præservatio à peccatis mortalibus; ità Trid. sess.

13. cap. 2. vocat hoc Sacramentum : *Antidotum quo liberemur à culpis quotidianis, & à peccatis præservemur.* Præservat hujus divini Sacramenti perceptio à peccatis futuris, tum augendo interiores animæ vires per augmentum charitatis & virtutum infularum, dando jus ad actualia auxilia ad resistendum tentationibus necessaria, tum cohibendo dæmonis potentiam, non enim audet tam audacter ad illum accedere, quem videt præsentia tantæ Majestatis munitum, hinc sunt suspectæ illorum communionibus, qui licet sæpè communicent, semper tamen in eadem vel graviora peccata recidunt : si enim vigor à peccatis præservans sit effectus Eucharistiæ, & nunquam absit effectus, nisi ponatur obex, merito est timendum, ab illis indignè hoc Sacramentum sumi, qui iisdem semper laborant infirmitatibus.

Quintus : Est remissio venialium quæ fit dupliciter per hoc Sacramentum : 1. quia hoc Sacramentum per modum nutrientis sumitur, juxta id Joan. 6. v. 56. *Caro mea verè est cibus.* Hinc sicut illud, quod vi caloris naturalis quotidie in corpore humano perit, paulatim alimento corporali resarcitur, ita quidquid in anima ardore noxiæ cupiditatis per leves offensas amittitur, in quantum fervor non quidem intensivus sed extensivus charitatis per venialia impeditur, hoc totum per Eucharistiam tanquam spiritualem animæ cibum mediantibus actibus charitatis peccatorum venialium remissione reparatur. 2. Tollit etiam hoc Sacramentum venialia immediatè ex opere operato; quia remissio venialium est specialis effectus hujus Sacramenti, si autem ista remissio fieret tantùm mediantibus actibus charitatis & pœnitentiæ, non esset specialis effectus hujus Sacramenti, hoc enim est commune

omni-

XXV.
 no timere debeat, ne
 suscipiant,
 in Christo, sicut in
 ita fit unio, ut
 nempe est mu-
 pus potestas, sic
 ramento dat sus-
 cipiens dig-
 inter utrumque
 Christo sequitur
 uni tertio sunt
 ere possumus,
 amus, si dile-
 cedo & dele-
 ium cibo cor-
 delectare, ita
 batur per-man-
 em & suavita-
 libusplep deli-
 quod percipiat
 ki amati, cum et-
 Christus cum sua
 nimè præsentia su-
 linem in sumere,
 in dulcedine sua
 oler crescere ex ma-
 ne mensam, ita
 alium distractiones,
 creaturas & venialia
 tiam à Deo sine culpa
 nis probationem sub-

gor contra tentationes
 rralibus; ita Trid. sess.

omnibus Sacramentis, quod dent vel augeant gratiam & charitatem, addantque jus ad specialia auxilia pro actibus variarum virtutum exercendis; ergo non tantum mediantibus actibus charitatis aliarumque virtutum, quasi ex opere operantis, sed etiam immediatè ex opere operato Eucharistia confert remissionem venialium.

Si dicas: Peccatum privat fervore charitatis, sicut autem privatio non tollitur nisi per formam, qua privat, ita venialia non nisi per actus fervidos charitatis tolluntur, ac proindè non ex opere operato, sed operantis duntaxat condonantur.

R. Quod duplex sit genus venialium: alia enim ex proposito deliberato voluntatis committuntur, alia non ex deliberato animo, sed ex subreptione & inadvertentia culpabili oriuntur, nos enim miseri homines irretiti occultis concupiscentiæ & amoris proprii laqueis, dum nos bona agere putamus, in occulta peccata incidimus, de quibus Psal. 18. v. 13. *Ab occultis meis munda me Sc.* Prima peccata sine actuali pœnitentia & fervido charitatis motu nunquam remittuntur: quia privatio actus non nisi per actum quem removet, tollitur; posterioris ordinis peccata per gratiam Eucharisticam ex opere operato remittuntur, ut sacro hoc cibo restauretur, quod occultæ concupiscentiæ insidiis perdidimus.

Sextus effectus est remissio pœnæ vel ex toto vel ex parte, pro modo & ratione fervoris suscipientis Eucharistiam: *Ratio hujus est*: Quia Eucharistia spectari potest vel ut sacrificium vel ut Sacramentum. Quà sacrificium pœnas peccatorum remittit: de quo infra; quà Sacramentum ad remissionem pœnarum conducit: quia licet Eucharistia in ratione Sacramenti non sit instituta formaliter ad delendam

De For
dam pe
actualib
charitati
missione
indè est
comitan
sequatur
secundù
Septim
piscenti
mentum
fomitis,
quentia
S. Augu
piditati.
v. 17.
eius, m
virgines
Octav
immort
manduc
Ratio ej
am anir
ti specia
tis, & li
quod fir
riæ, cuj
in Euch
effet div
ctione h
Sacrame
municat
tatem.
Nonn
us succe

dam pœnam, quia tamen confert gratiam cum actualibus auxiliis ad eliciendos ferventiores actus charitatis, ex cujus fervore consequitur aliquis remissionem non tantum culpæ, sed etiam pœnæ, indè est, quod ex consequenti per quandam concomitantiam ad principalem effectum homo consequatur remissionem pœnæ non quidem totius, sed secundum modum suæ devotionis & fervoris.

Septimus est diminutio fervoris in rebeli concupiscentia, fomite peccati: quia licet hoc Sacramentum directè non ordinetur ad diminutionem fomitis, diminuit tamen fomitem ex quadam consequentia, in quantum auget charitatem, quia juxta S. August. *Augmentum charitatis est diminutio cupiditatis*, undè de hoc Sacramento dicitur Zach. 9. v. 17. *Quod bonum ejus est & quod pulchrum ejus, nisi frumentum electorum & vinum germinans virgines.*

Octavus: Adscribitur Eucharistiæ resurrectio & immortalitas corporum, juxta id Joan. 6. v. 55. *Qui manducat &c. & ego resuscitabo eum in novissimo die.* *Ratio est*: Quia gloria corporis sequitur ad gloriam animæ, idè sicut dignè Eucharistiam suscipienti speciali jure debetur gloria animæ, ita & corporis, & licet hoc sit commune omnibus Sacramentis, quod sint causa gratiæ, & consequenter etiam gloriæ, cujus semen est gratia, hoc tamen speciale est in Eucharistia, quod, sicut caro Christi ex hoc, quod esset divinitati conjuncta, exigebat ex hac conjunctione habere immortalitatem, ita nos, quia in hoc Sacramento unimur vivificæ carni Christi, per communicationem participamus jus ad immortalitatem.

Nonus est perseverantia finalis, cui æterna felicitas succedit; perseverantiam quidem causat, quia
auget

auget gratiam & confert auxilia præservantia à mortalibus, & roborantia contra dæmonem; causat etiam æternam gloriam, quia hæc consequitur gratiam tanquam semen gloriæ, quod commune quidem est omnibus Sacramentis, specialiter tamen Eucharistia est instituta tanquam novum Testamentum, quo confertur jus ad hæreditatem cœlestem, ideoque Eucharistia tanquam pignus futuræ nostræ gloriæ & perpetuæ felicitatis nobis datur, undè Christus ait Joan. 6. v. 52. *Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum.* Et Ecclesia canit: *O salutaris hostia, quæ cœli pandis ostia.*

DICO 2. *Maxima devotio requiritur in ipsa sumptione hujus Sacramenti, quia tunc percipitur Sacramenti effectus.* S. Th. hic Q. 80. a. 8. ad 6.

Probatur: Eucharistia producit gratiam, quando manducatur, ergo in ipsa sumptione, & quidem in instanti terminativo manducationis, quo sacre species in stomachum trajiciuntur, cum enim juxta alibi dicta causent Sacramenta effectus suos in instanti terminativo, quando completur ipsa actio sacramentalis, etiam Eucharistia causat gratiam in instanti manducationis non iniciativo, quia tunc non est, sed proximè erit manducatio, ergo in instanti terminativo, quo manducatio est consummata & perfecta. Undè

Inferes 1. Eucharistiam non causare suos effectus cum ore suscipitur & masticatur non deglutendo: quia tunc formaliter non manducatur; adde, quod sacri Canones vetent infirmo dari Eucharistiam, si nequeat deglutire, licet possit ore recipere; sed hoc perperam fieret, nisi requiretetur deglutitio.

Inferes 2. Eucharistiam non causare suos effectus ex opere operato (si fuisset cum obice suscepta, quid sit dicendum, videatur de Sacramentis in

genere,

De Fo
genere
quia sic
qui plu
quàm q
Confur
& aqua
in grati
mior, i
nerent
gratiam
aqualite
fica; pra
licet tot
in stom
sanctis l
quod ex
rium est
DICO
itur, q
lute cor
urumq
troque
Concl
cap. 3. t
vis Rede
rament
is trad
Sub alter
sum ve
quod ad
defranda
quo form
buna l
dup
effectus

genere) toto tempore, quo est in stomacho; tum quia sic esset melioris conditionis, cæteris paribus, qui plures hostias vel unam grandioreni acciperet, quàm qui consuetam tantum, quia species tardius consumerentur, tum quia sic duo æquè dispositi & æqualem accipientes hostiam, inæquales essent in gratia per hoc, quod unus stomachus esset infirmior, in eoque species diutius inconsumptæ manerent, sed hoc non, cum Sacramenta causant gratiam ex opere operato & æqualem saltem in æqualiter dispositis, ut aliæ causæ naturales & physica; præterquàm, quod contraria opinio, quod scilicet toto illo tempore causetur gratia, quo species in stomacho sunt, nullum habeat in Scriptura & sanctis Patribus fundamentum, sine quo asserere, quod ex sola voluntate Christi dependet, voluntarium est.

DICO 3. *Secundum quandam assimilationem dicitur, quod in hoc Sacramento corpus offertur pro salute corporis & sanguis pro salute anima, quamvis utrumque ad salutem utriusque operetur, cum sub utroque totus sit Christus.* S. Th. hic Q. 79. a. 1. ad 3.

Conclusio hæc traditur à Trid. sess. 21. de Commun. cap. 3. ubi sacra Synodus insuper declarat: *Quamvis Redemptor noster. . . in suprema illa cæna hoc Sacramentum in duabus speciebus instituerit & Apostolis tradiderit, tamen fatendum esse, etiam sub altera tantum specie totum atque integrum Christum verumque Sacramentum sumi, ac propterea quod ad fructum attinet, nullam gratiam necessariam eos defraudari, qui unam speciem solam accipiunt.* Ex quo formatur hæc Ratio: Tunc idem effectus est sub una specie, qui sub duplici, si tam in una quàm in duplici specie una est eademque totius effectus causa, sed sic est: nam totus & integer
Chri-

Christus, qui per suum Corpus & Sanguinem in hoc Sacramento est causa gratiæ, continetur & recipitur tam sub una, quam sub duplici specie, ergo de se ex opere operato sub unica specie idem causatur effectus, qui sub duplici.

Dixi de se: Quia si in sumptione secundæ speciei major esset devotio & dispositio suscipientis Sacramentum, produceretur major effectus gratiæ, sicut si in sumptione plurium particularum major esset devotio, etiam ipsa gratia esset major; siquidem omnes partes hujus Sacramenti habent efficaciam cauſandi gratiam juxtà dispositionem recipientium.

Obj. Utraque species significat majorem gratiam, quàm una sola: quia significat integrum speciale convivium, quod non significat una sola; ergo etiam causat majorem gratiam: quia Sacramenta gratiam, quam significant, etiam causant.

R. Una sola species non significat integrum convivium ex modo significandi Con. ex parte rei significatæ N. quia quælibet species totum Christum continet.

Q. I. An Sacramentum Eucharistiæ etiam aliquando per accidens causet gratiam primam?

Respondet S. Th. hic Q. 79. a. 3. O. *Potest hoc Sacramentum operari remissionem peccati dupliciter: uno modo non perceptum actu, sed voto, sicut cum quis primò justificatur à peccato, alio modo etiam perceptum ab eo, qui est in peccato mortali, cujus conscientiam & affectum non habet: fortè enim primò non fuit sufficienter contritus, sed devotè & reverenter accedens consequetur per hoc Sacramentum gratiam charitatis, que contritionem perficiet & remissionem peccati. Ex quibus patet illi, qui culpæ mortalis non est conscius,*

aut

DE F
aut si
contrit
propte
cramen
Videat
Q. 2.
etiam i
tum?
Resp
cramen
Sacram
bus sum
prodest
eorum o
sumptio
perinet
aliquis
crescit
mens S
fit soli
cramen
produc
hos san
mandu
sanat, c
qui ad
produc
Non
vivi a
conluet
Comm
num op
se possi
trandu
modum
Pars

aut si sit conscius non habens copiam Confessarii contritionem elicit, quæ fortè imperfecta est, & propter urgentem necessitatem accedit ad hoc Sacramentum, per accidens confertur primam gratiam. Videantur dicta Disp. XV. Quæst. II.

Q. 2. Utrum Eucharistia suos effectus causare possit etiam in personis distinctis à recipiente Sacramentum?

Respondet S. Th. hic Q. 79. a. 7. O. *Hoc Sacramentum sumentibus quidem prodest & per modum Sacramenti & per modum sacrificii, quia pro omnibus sumentibus offertur... sed aliis, qui non sumunt, prodest per modum sacrificii, inquantum pro salute eorum offertur.* Et ad 3. inquit: *Dicendum, quod sumptio pertinet ad rationem Sacramenti, sed oblatio pertinet ad rationem sacrificii. Et ideò ex hoc, quod aliquis sumit corpus Christi, vel etiam plures, non accrescit aliis aliquod iuramentum.* Ex quibus constat mens S. D. quod videlicet sumptio Eucharistiæ profit soli sumentibus: quia illa est generalis omnium Sacramentorum conditio, ut suos effectus in illis producant, in quos agunt, & quibus applicantur, hos sanctificant, unde sicut cibus corporalis soli manducanti directè prodest, medicina illum solum sanat, cui applicatur, ita Eucharistia directè in illo, qui ad sacram Mensam accedit, effectus salutiferos producit.

Non obstat: Quod fideles piè soleant pro aliis vivis aut defunctis communicare; ex hac enim consuetudine non infertur, quod directè sacra Communio aliis profit, sed quod tanquam bonum opus operantis Deo pro aliis oblatum prodesse possit, tum ad satisfaciendum, tum ad impetrandum, cum igitur hoc Sacramentum secundum modum fervoris & devotionis in sumente causet re-

missionem pœnæ, potest hæc remissio pœnæ etiam aliis v. g. defunctis applicari, hoc enim postulat Sanctiorum Communio, quam in symbolo Apostolorum profiteamur, & sacrarum Indulgentiarum commercium quo Indulgentias per modum suffragii defunctis applicamus, Item: opus satisfactorium non tantum vim habet pro operante, sed etiam pro aliis satisfaciendi.

QUÆSTIO III.

An omnes teneantur & sub utraque specie communicare?

TRiplici modo Eucharistia sumi potest: 1. Merè sacramentaliter: quod fit à peccatoribus, qui licet hoc Sacramentum suscipiant, nullum tamen ex illo fructum percipiunt: quia carent requisitâ dispositione, & hinc magnum sacrilegium committunt. 2. Merè spiritualiter quod fit, quando iusti fide vivâ & charitate non fictâ panem hunc celestem esuriunt, ut Christo eo arctius iniantur. 3. Sacramentaliter simul & spiritualiter: quod fit, quando fideles non tantum spiritu sed etiam re hoc Sacramentum suscipiunt.

DICO I. *Homo tenetur hoc Sacramentum sumere non solum ex statuto Ecclesie, sed ex mandato Domini. S. Th. hic Q 80 a. 11. O.*

De Præcepto Ecclesie constat ex Trid. sess. 13. de Eucharistia Can. 9. *Si quis negaverit omnes & singulos Christi fideles utriusque sexus, cum ad annos discretionis pervenerint, teneri singulis annis, saltem in Paschate, ad communicandum, juxta præceptum sanctæ Matris Ecclesie, Anathema sit.*

Præceptum divinum probatur ex verbis Christi Joan. 6. v. 54. *Nisi manducaveritis &c. quæ verba*

DE FORMA EFFECTIB. ET SUMPT. SACR. EUCH. 48
ba ob comminationem gravis poenae indicant
gravem obligationem.

Tempus autem, quo ex præcepto divino sumenda est Eucharistia est 1. Articulus mortis juxta Trid. sess. 13. Cap. 9. Eucharistia est instituta in viaticum salutis, *cujus vigore confortati ex hujus misera peregrinationis itinere ad caelestem patriam pervenire valeant*, & cum hoc Sacramentum sit institutum pro conservatione gratiæ, quæ est vita spiritualis animæ, eo tempore maximè obligare censetur præceptum de hoc Sacramento suscipiendo, quo conservatio gratiæ sanctificantis est maximè necessaria, sed illa est maximè necessaria in articulo mortis.

2. Aliud tempus non est de jure divino determinatum, sed aliquoties in vita est Eucharistia sumenda; Christus enim præcepit Eucharistiam esse sumendam tanquam cibum spiritualem, cibus autem non est semel sed sæpè sumendus; quia ergo tempus hujus obligationis non est à Christo determinatum, Ecclesia per præceptum annuæ Communionis Paschalis tempus illud determinavit, quo simul præcepto divino satisfieri possit.

Circa præceptum Divinum sumendi Communionem in articulo mortis sciendum 1. hoc præceptum obligat adultos solos usu sufficienti rationis præditos, sicut enim institutio, sic etiam obligatio hujus Sacramenti illos tantùm respicit, qui possunt mortem Domini annuntiare & commemorare juxta id Christi: *Hoc facite in meam commemorationem*; quod non possunt nisi adulti usu rationis præditi, undè Trid. sess. 21. cap. 4. Parvulos usu rationis carentes (idem est de amentibus) ad summptionem Eucharistiæ non obligat, alii omnes qui per ætatem, doli & absolutionis capaces sunt, in articulo mortis viaticum suscipere possunt & debent.

tunc enim valet regula, quæ datur can. de his 9. *Caus. XXVI. Q. 6.* qui Canon ex Concilio Nicæno desumptus est: *Si fortè quis recedit ex corpore, necessario vitæ suæ viatico non defraudetur*, idè surdis & mutis à nativitate, in quibus aliqualis usus rationis deprehenditur, & qui per nutus & signa sacramentalis absolutionis se capaces reddunt, in articulo mortis viaticum dari debet, item amentes, si absit periculum irreverentiæ & ante amentiam usu rationis fuerint præditi, nec constet illos in statu mortalis peccati in amentiam incidisse, viatico muniri possunt.

2. Obligatio sumendi Eucharistiam per modum viatici in articulo mortis obligat omnes, quibus mors secutura certo imminet sive ex ægritudine sive ex violentia: sicuti sunt, qui supremo supplicio sunt afficiendi, item illi, quibus imminet probabile periculum mortis ex prælio, sive ex longo & periculoso itinere vel ex puerperio, quia tam benè probabile mortis periculum, quam illius inevitabiliter instantis certitudo obligat ad habendam curam salutis, ideo etiam qui probabiliter prævident, se deinceps totâ vitâ non habituros occasionem sumendi Eucharistiam, hi æquiparantur iis qui sunt in mortis periculo.

3. Non excusantur à præcepto divino sumendi Eucharistiam, qui paucis diebus ante periculum mortis sacram Synaxin sumpserunt: quia imminente mortis periculo nova urget necessitas sese muniendi novo robore pro mortis agone, non tamen debet eâdem die bis sumi Eucharistia, semel per modum simplicis Communionis, & postea per modum viatici, v. g. in casu, quo sacerdos post sacram mane celebratum in periculum mortis vespere incideret, quia repugnat præcepto Ecclesiastico de non

De fœ
non sur
ristiam,
Si de
sumatur
dem di
de mor
viatici.
denuò
4. I
modum
tionis,
propter
parat ac
stia ab i
tici, il
quando
lum mo
4. 2
& tamen
vicum
est præ
rursus i
ceptum
di ad h
dem pe
Sacram
vires, &
consilio
tam Euc
tritione
viaticum
5. I
junus vi
je unio
Ecclesia

DE FORMA EFFECTIB. ET SUMPT. SACR. EUCH. 487
non sumenda sæpius quàm semel in una die Eucharistiam.

Si dicas : Præceptum est, ut in periculo mortis sumatur Eucharistia per modum viatici, sed qui eadem die ex devotione communicavit nihil cogitans de morte, non accepit Eucharistiam per modum viatici. Ergò tenetur instante morte Eucharistiam denuò sumere.

2. Esse præceptum sumendi Eucharistiam per modum viatici vel explicitè, ex vi præviæ intentionis, vel implicitè, ex vi ipsius Eucharistiæ, quæ propter recentem Communionem sufficienter præparat ad transitum ex hâc vitâ; quia cum Eucharistia ab intrinseco habeat rationem & virtutem viatici, illam ægrotò sufficienter conferre videtur, quando sumptio Eucharistiæ non diu ante articulum mortis præcessit.

4. Postquam infirmus periculum mortis evasit, & tamen iterum recidivam patitur, debet rursus viaticum sumere; quia finis intrinsecus hujus præcepti est præparatio ad transitum ex hac vita; Cum ergo rursus instet transitus ex hac vita, rursus urget præceptum sese per sacram Communionem præparandi ad hunc transitu, laudabiliter etiam sæpè in eodem periculo mortis Eucharistia sumitur, quia hoc Sacramentum confert gratiam ad augendas animæ vites, & est ex natura sua iterabile; est quoque de consilio, ut infirmus si in periculo mortis post sumptam Eucharistiam peccarit mortaliter, præter contritionem & confessionem peccati commissi, iterum viaticum sumat periculo mortis diutius durante.

5. In periculo mortis constitutus etiam non jejunus viaticum sumere debet, quia præceptum de jejunio naturali in sumente Eucharistiam est juris Ecclesiastici, præceptum autem de sumendo viati-

co in articulo, mortis est juris Divini.

Circa præceptum Ecclesiæ sumendi annuè Eucharistiam in Paschate observanda sequentia.

1. Hoc præceptum non tantùm transgrediuntur ii, qui hoc sacramentum tempore ab Ecclesia determinato sumere negligunt, sed etiam illi qui ad S. Communionem tempore Paschali indignè accedunt, tum quia præceptum Ecclesiasticum est interpretatio præcepti divini & determinat tempus, quo sit implendum præceptum divinum de sumenda Eucharistia; sed præcepto divino per sacrilegam Communionem non satisfacimus, ergo. Tum quia in cap. omnis utriusque sexûs 12. de Pœnit. & Remiss. lib. 5. tit. 38. præcipitur, Eucharistiam ad minus tempore Paschatis reverenter suscipi, verum ab indigno Sacramentum irreverenter suscipitur, & horrendum sacrilegium committitur.

Nec obstat : Quod juxtà communem sensum Theologorum Ecclesia nequeat præcipere actus internos.

Contra enim est : Quod ex omnium sententiâ possit Ecclesia præcipere actus internos conjunctos cum externis, sive possit præcipere actus externos, qui non possunt fieri benè sine internis. Item præceptum Ecclesiæ de communione Paschali non tam est præceptum humanum quàm declaratio præcepti divini, hæc certa sunt post damnatam propositionem 55. ab Innocent. XI. *Præcepto Communionis annuæ satisfit per sacrilegam corporis Domini manducationem.*

2. Nomine Paschatis non intelligitur sola dies Resurrectionis Dominicæ, sed etiam dies antecedentes & consequentes festum Paschatis & de jure communi quindecim dies à Dominica Palmarum usque ad Dominicam in albis inclusivè, de jure

antem

De F
antem
juxtâ d
illis di
rochial
tes ver
brante
Ecclesi

3. C
dum à
nicavit
commu
tur tem
ligatus
est Pas
præcep
do; ne
tempo
nec præ
tenderet
gation
quia m
do, qu
culpab
comm
nis ant
munic
viaticu
pericul
re Con
transire

4. C
annu
enim S
tatis &
Pœnite

autem consuetudinario etiam plures septimanæ juxta determinationem ordinariorum, & in uno ex illis diebus debet suscipi Eucharistia in Ecclesia Parochiali alias præcepto non satisfacit, quoad sacerdotes verò etiam extra Ecclesiam Parochialem celebrantes videtur usus obtinuisse, quod præcepto Ecclesiæ satisfaciant.

3. Qui prævidet se tempore Paschali impediendum à sacra Communionem, si ante semel communicavit, vel probabiliter habiturus sit occasionem communicandi post tempus Paschale, non tenetur tempus Paschale prævenire; vel enim esset obligatus præcepto communionis, ut est annua, vel ut est Paschalis; non ut est annua: quia satisfacit præcepto quocumque tempore semel communicando; non etiam ut est Paschalis: quia illa est alligata tempori Paschali; si vero ante non communicasset, nec prævideret tempus post Pascha communicandi, teneretur tempus Paschale prævenire, non ex obligatione Communionis Paschalis, sed ut annua, quia ut sic obligatio stat pro toto anno; eodem modo, qui Paschalem Communionem sive in sive culpabiliter omisit, tenetur postea eodem anno communicare, ut impleat præceptum Communionis annuæ, quando ante tempus Paschale non communicavit; aliud est de præcepto divino sumendi viaticum in articulo mortis: quia qui neglexit in periculo mortis sumere viaticum, non tenetur sumere Communionem, postquam periculum mortis transit.

4. Ordinariè pueri non obligantur ante totum annum ætatis ad Communionem Paschalem: cum enim Sacramentum Eucharistiæ sit minoris necessitatis & majoris dignitatis, quam Sacramentum Pœnitentiæ requiritur major discretio & usus ratio-

nis ad Communionem, quam ad Sacramentum Pœnitentiæ, quare licet ad obligationem suscipiendi Sacramentum Pœnitentiæ sufficiat ætas, in qua cognosci potest peccatum mortale, ad receptionem Eucharistiæ requiritur major ætas & maturius iudicium, quo cognoscatur dignitas hujus mysterii, ideoque prudentiæ parentum & instructorum est relinquenda determinatio, an & quando pueri ad perceptionem Eucharistiæ admittantur.

DICO 2. *Nihil derogat perfectioni hujus Sacramenti, si populus sumat corpus sine sanguine.* S. Th. hic Q. 80. a. 12. ad 2. Est contra hæreticos nostri temporis, qui pertinaciter contendunt laicis esse ministrandum Sacramentum Eucharistiæ sub utraque & panis & vini specie (hic sensus est S. Th. dicentis corpus videl. speciem per se vi verborum continentem corpus, sine sanguine, id est, sine specie per se vi verborum continente sanguinem sumi posse) quorum errorem damnavit Concil. Trid. sess. 21. Can. 1. de Comm. *Si quis dixerit ex Dei præcepto vel ex necessitate salutis omnes & singulos Christi fideles utramque speciem sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti sumere debere, Anathema sit.*

Ratio est: Si aliquod esset præceptum divinum, quo laici obligarentur ad sumendam Eucharistiam sub utraque specie, illud contineretur in S. Scriptura, sed tale præceptum nullibi reperitur expressum, ut patebit ex solutione objectionum. Imò potius vita æterna promittitur sumentis solum speciem panis Joan. 6. v. 50. *Hic est panis de celo descendens; ut si quis ex ipso manducaverit, non moriatur, v. 52. Si quis manducaverit ex hoc pane vivet in æternum.* Cujus saltem figuram (si non verum Eucharistiæ Sacramentum confecerit) Christus expressit Luc. 24. benedicendo solum panem, quo ostendit Eucharistiæ effectum,

De For
effectum
cognove
tempori
confessio
hoc Sac
panis, n
Ecclesiæ
verit uti
Sacrame
Obj.
carnem
habebit
non tan
ad sang
R. Il
pus & s
modum
que spe
ciant se
in SS.
etiam
I I. v.
um sibi
da est
loco v.
rit cali
Obj.
dum, c
ipse di
mentur
Apost
R. I
tium Sa
& ideo
sub utt

ad Sacramentum
tionem suscipien-
atatas, in qua
ad receptionem
maturius judi-
catus mysterii,
retorum est re-
ndo pueri ad
r.

hujus Sacra-
me. S. Th.
reticos nostri
nt laicis esse
rae sub utra-
est S. Th. di-
ri verborum
est, sine spe-
guinem sumi
Concil. Trid.
dixerit ex Dei
es & singulos
issimi Eucharis-
berna sit.

m divinum quo
ucharistiam sub
in S. Scriptura,
r expressum, ut
Imò potius via
n speciem panis
elo descendens, ut
moriatur, v. 12.
voret in unum.
rerum Eucharistiae
as expressit Luc. 24.
stendit Eucharistiae
effectum,

DE FORMA EFFECTIB. ET SUMPT. SACR. EUCH. 491
effectum, dum statim aperti sunt oculi eorum &
cognoverunt eum. Deinde in Ecclesia antiquis
temporibus etiam illis, quibus juxta haereticorum
confessionem erat adhuc vera Ecclesia, fuit fidelibus
hoc Sacramentum datum modò sub specie solius
panis, modò sub specie vini, ergo est in potestate
Ecclesiae hoc Sacramentum dispensare, prout judica-
verit utilius esse, tum ad fidelium salutem, tum ad
Sacramenti reverentiam.

Obj. 1. Joan. 6. v. 54. *Nisi manducaveritis
carnem filii hominis & biberitis ejus Sanguinem non
habebitis vitam in vobis.* Ubi praeceptum divinum
non tantum ad carnem manducandam, sed etiam
ad sanguinem bibendum exprimitur.

R. Illo loco proponi praeceptum sumendi cor-
pus & sanguinem Christi, non tamen determinati
modum, quo sumi debeat, an sub una, an sub utra-
que specie. Item illa verba sunt indifferentia, ut fa-
ciant sensum copulativum vel disjunctivum, quia
in SS. Litteris Ly: & non semper copulativè, sed
etiam disjunctivè subindè sumitur, ita 1. Corinth.
11. v. 29. *Qui manducat & bibit indignè, judici-
um sibi manducat & bibit*, ubi particula: &: lamenda
est disjunctivè, ut patet ex aliis verbis eodem
loco v. 27. *Qui manducaverit panem hunc vel bibe-
rit calicem Domini indignè &c.*

Obj. 2. Taliter hoc Sacramentum est sumen-
dum, qualiter Christus illud instituit, & qualiter
ipse dispensavit, sed Christus instituit hoc Sacra-
mentum sub utraque specie, & sub utraque specie
Apostolis dispensavit, ergo.

R. Negando Maj. Tum quia Christus non tan-
tum Sacramentum sed etiam sacrificium instituit,
& ideo etiam sacrificantes obligantur Eucharistiam
sub utraque specie sumere, tum quia sufficit, quod

Christus illud instituit ab aliquibus in Ecclesia fieri, licet ab omnibus non fiat; quod autem Christus fecit, faciunt omnes sacerdotes. Tum quia non omnia, quæ Christus fecit, præcepta sunt omnibus, Christus enim Eucharistiam duodecim viris non fæminis dispensavit, Ecclesia non tantum viros, sed etiam fæminas ad Eucharistiam admittit; ergo nec ex præcisa institutione Christi nec ex simplici ejus facto usus utriusque speciei intelligitur imperatus.

Obj. 3. Christus Matth. 26 v. 27. dicit: *Bibite ex hoc omnes.* Ergo ex præcepto Christi non tantum Apostoli & sacerdotes, sed etiam omnes Christi fideles debent de calice bibere.

R. *Ly omnes* nõ aliter intelligendum est apud Matthæum quam apud Marcum Marc. 14. v. 23. *Et biborunt ex illo omnes.* Certum autem est, tunc solos Apostolos bibisse, ergo etiam illud: *Bibite ex hoc omnes,* intelligendum est de solis Apostolis & sacerdotibus.

Obj. 4. Quod Christus instituit, hoc Apostolus 1. Cor. 11. v. 23. mandavit Corinthiis sumendum, *ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis &c.* sed Christus instituit Eucharistiam sub utraque specie, ut ibidem refert Apostolus; ergo Apostolus utramque speciem mandavit Corinthiis esse sumendam.

R. Sicut Apostolus nullum præceptum divinum accepit de sumenda ab omnibus Eucharistia sub utraque specie, ita etiam nullum tradidit Corinthiis.

Obj. 5. Expressum præceptum Apostoli loc. cit. v. 28. continetur in illis verbis: *Probet autem seipsum homo & sic de pane illo edat & de calice bibat.*

R. Apostolum non mandare absolutè ut omnes & singuli de calice bibant, sed præscribit modum & præparationem, quam habere debent omnes,

De For
nes, qu
ntendu
Q. C
icantibu
re. E
Christo.
salvã eor
ri vener:
ricis nor
tationes
verentia
facile c
minum
deserti &
ellet, c
quæ co
congelat
tentia.
dus esse
tum ob
tem, t
gutturam
firmis
possem
ce, ex
te; Ex
tienti,
charisti
Obj.
Dist II
specier
dam su
licis fac
mam n
integra
transu

nes, qui panem hunc comedere & calicem bibere intendunt.

Q. Ob quas rationes Ecclesia calicem non sacrificantibus subtraxit?

R. Ecclesia utens potestate, quam accepit à Christo circa administrationem Sacramentorum salvâ eorum substantiâ, ad majorem hujus Sacramenti venerationem & fidelium pietatem laicis & clericis non sacrificantibus usum calicis interdixit ob rationes sequentes: 1. Facile committeretur irreverentia, si vinum consecratum effunderetur, ut facile contingere posset, si sacer Calix ingenti hominum multitudinî daretur, si ad infirmos deberet deferri &c. 2. Si sacer Calix infirmis ministrandus esset, deberent sacræ species vini diu conservari, quæ conservatæ facile acescerent vel in hyeme congelarentur, non sine aliqua Sacramenti irreverentia. 3. Si ab omnibus & singulis calix sumendus esset, multi à sacra Communione retardarentur tum ob vini in quibusdam locis penuriam & caritatem, tum quia multi sunt abstemii, qui nequidem guttam vini sumere possunt; tum quia multis infirmis sine periculo vomitus species vini dari non possent; tum quia multi nausearent ex eodem calice, ex quo omnis generis homines bibissent, biberent; Ex his motivis Ecclesia in Concilio Constantiensi, Basileensi & Trid. prohibuit laicis dari Eucharistiam sub speciebus vini.

Obj. 1. In Can. comperimus, 12. de Consecrat. Dist II Gelasius Papa mandat omnibus utramque speciem accipere, ita ait: *Comperimus, quod quidam sumptâ tantummodo corporis sacri portione à Calicis sacri errore abstineant. Qui procul dubio (quoniam nescio quâ superstitione docentur obstringi) aut integra Sacramenti percipiant, aut ab integris arseantur.*

¶. Hoc decretum non ideò latum fuisse, quod illicita esset & institutioni Christi contraria communio sub una specie, sed quia Manichæi hæretici vinum tanquam creaturam malam & consequenter etiam Communionem sub speciebus vini abominarentur, in detestationem hujus hæresis Gelasius Papa legem tulit, quâ fideles calicem sumere jubebantur, hac autem ratione cessante & multis aliis inconvenientiis oborientibus, potuit Ecclesia permissum usum calicis tollere, sicut temporibus Gelasii Papæ eundem præcipere potuit.

Obj. 2. Ecclesia non potest fideles defraudare integro Sacramento & nobilissimâ hæreditatis parte à Christo Ecclesiæ relicta nempe sanguine Christi: quia cum Christus æquè sumatur sub una quam sub utraque specie, Ecclesia auferendo unam speciem, totum Sacramentum aufert, & quia Christus non tantum suum corpus in specie panis, sed & sanguinem in specie vini contulit per modum Testamenti, Ecclesia tollendo usum calicis defraudat fideles magnâ parte hujus Testamenti & hæreditatis ex Testamento relicte.

¶. Sicut nemo defraudatur, si non sumat duas, sed tantum unam hostiam, quia Christus est æquè præsens in una quam in duabus hostiis, & ideò licet unus duas hostias accipiat, non tamen plus sumit in duabus, quam in unâ hostiâ, ita nemo defraudatur in sumptione unius speciei, licet enim etiam alia species contineat totum Christum, totus tamen etiam Christus accipitur per primâ speciem, deinde Christus in hoc Sacramento per modum testamenti nobis reliquit non præcisè species panis & vini, sed corpus & sanguinem suum, imò se totum sub his speciebus contentum, qui totus cum non minus contineatur in una, quam in utraque specie

De Fo
specie,
causari
hæredit
Obj.
perit or
tuit, h
illos Ec
mentur
præcep
nii, Ec
hibere
impedi
hoc ips
institut
¶.
fidei n
habean
misit,
quæ sul
menti
te judi
firmati
ceret fi
sto in u
varent
libus in
causis,
cramer
Obj
quin &
vini tu
indep
signific
¶.
dato e

specie, nullus in subtractione unius speciei potest causari aut conquiri de subtractione Testamenti vel hereditatis.

Obj. 3. Licet Christus usum calicis non præceperit omnibus, eo ipso tamen, quod illum instituit, habent fideles jus petendi calicem, quo jure illos Ecclesia spoliare non potest, sicut licet Sacramentum confirmationis non omnibus sit absolute præceptum, multò minus Sacramentum matrimonii, Ecclesia tamen hæc Sacramenta fidelibus prohibere nequit, sed, dummodò nullum intercedat impedimentum, fideles utrumque sumere possunt, hoc ipso, quod pro fidelibus hæc Sacramenta sunt instituta.

R. Christus usum utriusque speciei pro populo fideli non ità instituit, ut illius petendi jus fideles habeant, sed prudentiæ & arbitrio Ecclesiæ permisit, ut circa hunc usum illa statueret vel mutaret, quæ suscipientium utilitati ac ipsius tremendi Sacramenti venerationi pro rerum & temporum varietate judicaret expedire; aliud est in Sacramentis confirmationis & matrimonii, quia, si Ecclesia interdiceret fidelibus usum horum Sacramentorum à Christo in utilitatem fidelium institutorum, fideles privarentur fructu & gratia sacramentali, at dum fidelibus interdicitur usus alterius speciei ex gravissimis causis, nec Sacramento Eucharistiæ nec gratia sacramentali privantur.

Obj. 4. Non possunt privari fideles usu calicis, quin & priventur gratia sacramentali, species enim vini sunt speciale Sacramentum à speciebus panis independens, constans speciali materia & forma, significans & producens gratiam specialem, ergo.

R. 1. Permissio Ant. negando consequentiam, dato enim ut aliqui Theologi sustinent, quod per species

Species vini ex opere operato conferatur gratia specialis, Ecclesia tamen fidelibus non faceret injuriam laicis prohibendo calicem; quia bonum commune & veneratio hujus Sacramenti utilitati fidelium ad salutem non necessariæ præponderat, sic Ecclesia de facto parvulis nullam facit injuriam, dum ad majorem hujus Sacramenti venerationem eis ante annos discretionis Eucharistiam non dispensat, nec facit injuriam adultis, dum prohibet, ne plus quam semel Eucharistiam sumant eâdem die, quæ utique pluries sumpta ex opere operato majorem causaret gratiam, quo non obstante repetitas eâdem die communioniones Ecclesia prohibet, ad majorem hujus Sacramenti venerationem, quod fortè iteratis sumptionibus vilesceret.

2. 2. Negando Antecedens: Quia utraque species eundem Christum integrè continet & ad eandem animæ refectionem ordinatur, qui utramque speciem sumit, bis quidem Christum sumit, sed in ordine ad eandem animæ refectionem, sicut qui unam particulam panis post aliam comederet vel unum calicem diversis haustibus ebiberet, eandem ex opere operato gratiam acciperet.

Q U Æ S T I O IV.

Quæ Dispositio requiratur ad Eucharistiam, & an peccatori danda, an & quando Christus dedit & sumpsit?

CUM juxtà Apost. 1. Cor 11. *Qui manducat & bibit indignè, judicium sibi manducat & bibit.* Nemo ad sanctissimum hoc Sacramentum accédere debet, nisi debitè paratus & dispositus, tum ex parte animi, tum ex parte corporis, ob cujus, tum ad fructuosam, tum reverentem Eucharistiæ recep-

DE P
ceptio
sua mo
rentes
quod
care co
commu
magnu
terialis
re aut a
quod n
hodie
antiqu
in os i
nt puer
munire
trahere
partici
pueris
autem
vigere
Qu
fructu
præmi
sitione
DIO
cum m
mentum
Prob
tum lue
ne & re
morian
dam pe
rentia d
lud, qu
actuali

ceptionem requisitæ dispositionis defectum Ecclesia modernis temporibus parvulos usu rationis carentes non admittit ad Eucharistiæ summptionem, eò quod non possint juxtà monitum Apostoli discernere corpus Domini & hunc panem cœlestem à communi & profano pane discernere; præterea magnum in parvulis est periculum irreverentiæ materialis, cum facilè hunc cibum Eucharisticũ expuere aut aliis indignis modis tractare possent, propter quod non licet Eucharistiã dare parvulis secundum hodiernam consuetudinem, licet secundum usum antiquæ Ecclesiæ infantibus saltem sub specie vini in os instillati Eucharistia daretur: id enim fiebat, ut pueri tempore persecutionis contra persecutores munirentur, & parentes ab idololatria facilius retraherentur, pro eo enim, quod filii gentilium participarent in victimis idolorum, concedebatur pueris fidelium participatio hujus Sacramenti, his autem rationibus cessantibus mos ille in Ecclesia vigere desit.

Quo supposito adulti varias ad dignè & cum fructu hoc Sacramentum suscipiendum debent præmittere aut sub actuali summptione habere dispositiones, de quibus.

DICO 1. Ex parte sumentis . . . requiritur, ut cum magna devotione & reverentia ad hoc Sacramentum accedat. S. Th. hic Q. 80. a. 10. O.

Probatnr: Christus præcepit, ut hoc Sacramentum sumatur in ipsius memoriam; atqui sine devotione & reverentia non sumitur hoc Sacramentũ in memoriam Christi, sed potiùs ad instar alterius cujusdam profani cibi; ergo requiritur devotio & reverentia & ex parte intellectus attentio mentis ad illud, quod suscipitur, ità ut voluntariè distractus in actuali hujus Sacramenti summptione vel nullum vel modum

XXV.
 eratur gratia spe-
 no faceret injuri-
 a bonum com-
 i utilitati fide-
 onderat, sic
 it injuriam,
 enerationem
 m non dif-
 n prohibet,
 ant eadem
 ere operato
 ante repe-
 rohibet, ad
 m, quod
 ia utraque
 inet & ad
 qui utram-
 tum sumit,
 onem, sicut
 n comederet
 oiberet, ean-
 ter.
 t.
 ristiam, & in
 Christus
 Qui manducet
 n manducet
 c Sacramentum
 s & dispulcus,
 e poris, ob cuius,
 Eucharistiæ re-
 cep-

modicum fructum ex hoc Sacramento percipiat; quia sine actuali mentis attentione cum voluntaria distractionum exclusione non suscipitur hoc Sacramentum devotè & reverenter nec ut commemorativum passionis Christi, præfigurativum futuræ gloriæ, ut ulterius probatur ex S. Th. in 4. Dist. 12. Q. 2. a. 1. Q. 3. ubi ait: *Cum hoc Sacramentum perficiat conjungendo fini, ad hoc, quod effectum suum plenè habeat in sumente, oportet, quod adsit actualis devotio; & quia interdum absque mortali peccato potest actualis devotio impediri, cum distractiones varia ipsam impediunt, & peccata venialia virtutum actus tollant, sine peccato mortali potest effectus huius Sacramenti impediri, ita, quod aliquis augmentum gratiæ non consequatur, nec tamen reatum peccati mortalis incurrat, sed fortè reatum peccati venialis ex hoc, quod imparatus accedit.*

Probatnr deinde ratione: Quia Eucharistia est Sacramentum per modum cibi institutum; sed cibus nec nutrit nec auget comedentem sine ullo actu vitali, ergo etiam nihil proderit cibus spiritualis vitæ æternæ sine ulla spiritali operatione, ideoque ait S. Doctor hoc Sacramentum perficere recipientem conjungendo ultimo fini, non conjungitur autem homo ultimo fini, nisi per actus supernaturales intellectus & voluntatis nempe fidei, spei, charitatis, aliarumque virtutum.

Obj. 1. S. Doctor hic Q. 79. a. 8. in O. Effectus (inquit) huius Sacramenti non tantum est adeptio habitualis gratiæ & charitatis, sed etiam quedam actualis refectio spiritalis dulcedinis; quæ quidem impeditur, si aliquis accedat ad hoc Sacramentum per peccata venialia mente distractus. Non autem tollitur augmentum gratiæ habitualis. Ergo nunquam juxta S. Th. per peccata venialia vel distractionem impe-

DE F
imped
cum i
peccat
obice
æ.
interve
sine ull
la, qu
lis non
objecto
volunt
imped
ante ad
dei, t
dum fa
nem ab
non ta
lem n
votion
confist
expres
ctum p
tum g
augme
effet a
pedit:
vem in
tam sp
ti acti
confist
S. Tho
in pro
augme
ter ma
crame
Pars

mento percipiat
 e cum voluntaria
 itur hoc Sacra-
 t commemora-
 ativum futuræ
 in 4. Dist. 12.
 Sacramentum
 effectum suum
 alicui actualis
 orali peccato
 distractioes
 alia virtu-
 potest effectus
 quis augmen-
 mentum reatum
 tum peccati
 t.
 charistia est
 tum; sed ci-
 sine ullo actu
 bus spiritualis
 atione, ideo-
 perficere reci-
 non conjungi-
 per actus super-
 empe fidei, spei,
 O. Effectus (in-
 est adeptio habi-
 in quadam actua-
 qua quidem impe-
 Sacramentum per
 Non autem tolli-
 Ergo nunquam
 vel distractionem
 impe-

DE FORMA EFFECTIB. ET SUMPT. SACR. EUCH. 499
 impeditur omnis effectus hujus Sacramenti: maxime
 cum impedire omnem effectum Sacramenti sit
 peccatum mortale, sumere enim Sacramentum cum
 obice est mortale.

R. Quod triplex mentis evagatio in sumptione
 intervenire possit. 1. Naturalis & involuntaria, quæ
 sine ulla culpa accidit. 2. Distractio venialiter ma-
 la, quæ oritur ex aliqua negligentia, quæ sit venia-
 lis non tamen expressè volita. 3. Quæ quidem ex
 objecto sit venialis, de industria tamen & expressa
 voluntate est electa. Distractio merè naturalis non
 impedit fructum hujus Sacramenti, ideòque, qui
 ante actualem sumptionem Eucharistiæ actibus fi-
 dei, spei & charitatis sese præparavit, ac deinde
 dum sacram hostiam suscipit, aliò præter intentio-
 nem abripitur, effectum hujus Sacramenti suscipit,
 non tamen accipit effectum secundarium spiritua-
 lem nempe dulcedinem, quia hæc in actuali de-
 vorione, cogitationibus piis & affectibus sanctis
 consistit. Venialis distractio: quæ tamen non sit
 expressè electa nec orta ex gravi negligentia, effe-
 ctum primum hujus Sacramenti, hoc est: augmen-
 tum gratiæ minuit quidem; quia facit, ut hoc
 augmentum non sit tantum, quantum esset, si ad-
 esset attentio, non tamen omne augmentum im-
 pedit: quia, cum talis distractio non importet gra-
 vem irreverentiam erga hoc Sacramentum, nec vi-
 tam spiritualem extinguat, non impedit Sacramen-
 ti actionem, quæ in nutritione saltem habituali
 consistit, & de hac secunda distractione loquitur
 S. Thomas l.c. in object. cui non contrariatur locus
 in probatione adductus, quia ibi non negat omne
 augmentum per distractionem obrepentem veniali-
 ter malam tolli, quia dicit non haberi effectum Sa-
 cramenti plenè: *Ad hoc* (inquit) *quod effectum suum*
Pars III. Theol. Schol. li plenè

plenè habeat, deinde dicit: quod aliquis augmentum gratia non consequatur, videlicet tale augmentum quale consequeretur ex opere operato, si adesset actualis attentio. Tertia mentis distractio est, quæ summptionem Eucharistiæ comitatur ex proposito, quo quis eo tempore, quo sanctissimum hoc Sacramentum sumit, deliberatâ intentione mentem suam ad alia divertit, & hæc probabiliter juxta multos totum & adæquatum hujus Sacramenti effectum impedit, unde concedi potest, quod talis directè & expressè voluntaria distractio sit peccatum mortale: quia gravem in Sacramentum irreverentiam importat, quod absque ulla reflexione per modum alterius cibi sumatur; ideoque non tantum interpretativum sed formalem contemptum videtur includere ac ita licet ex objecto sit leve peccatum, tamen ratione circumstantiæ videtur esse grave, cui responsioni favet S. Basilius in fine serm. 1. de Bapt. *Non terribile (inquit) tantum iudicium habet, qui in carnis ac spiritus inquinamento ad sancta accedit indignè (accedens verò reus fit corporis & sanguinis Domini) sed & otiosè & inutiliter edens ac bibens, in eo, quod non per memoriam eius, qui pro nobis est mortuus, & infra: Non solum oportet purum esse à quovis inquinamento carnis ac spiritus, ne ad iudicium edat & bibat, sed & evidenter ostendere & exprimere memoriam eius, qui pro nobis mortuus est & resurrexit.* Vel cum aliis responderi potest, quod impedire omnem effectum Sacramenti per contrarium positivum obicem sit peccatum mortale, qualem cum voluntaria mentis evagatione corpus & sanguinem Christi sumens non ponit, sed solus ille, qui in statu peccati mortalis suscipit Eucharistiam; hic verò non ponit dispositionem in reverentiam hujus Sacramenti requisitam, unde licet

De
cet nul
nifi ve
DIO
forat
S. Th.
Euchar
tus gra
Pro
& pot
prodes
prodes
Cor. 1
& sic de
mentu
que erg
(esse)
quod q
bet cum
Sacran
commi
mens
hoc pe
compa
stum,
Christ
Christ
tur, q
talis v
l. cit. a
cramen
mortal
tionem
talem
tum sp
ipsum

quis augmen-
 tale augmen-
 erato, si ad-
 distractio est,
 ex propoli-
 um hoc Sa-
 ne mentem
 iliter juxta
 menti effe-
 quod talis
 sit pecca-
 tum irre-
 reflexione
 ne non tan-
 temptum
 to sit leve
 videtur esse
 in fine serm,
 um iudicium
 mento ad san-
 fit corporis &
 utiliter edent
 iam eius, qui
 in solum oportet
 nis ac spiritus,
 evidentem osten-
 , qui pro nobis
 alius responderi
 tum Sacramen-
 em sit peccam
 entis evagatione
 is non ponit, sed
 talis suscipit Eu-
 dispositionem in
 uisam, unde li-
 cet

DE FORMA EFFECTIB. ET SUMPT. SACR. EUCH. SOL
 cet nullum fructum percipiat, attamen non peccat
 nisi venialiter.

DICO 2. *Hoc Sacramentum est medicina con-*
fortativa, qua non debet dari, nisi liberatis à peccato.
 S. Th. hic Q. 80. a. 4. ad 2. Sive ad Sacramentum
 Eucharistiæ cum fructu recipiendum requiritur sta-
 tus gratiæ.

Probat : Sacramentum Eucharistiæ est cibus
 & potus spiritualis; sicut ergo cibus corporeus non
 prodest mortuo corporaliter, ita nec Eucharistia
 prodest mortuo spiritualiter, unde Apostolus 1.
 Cor. 11. v. 28. seriò inculcat: *Probet seipsum homo,*
& sic de pane illo edat & de calice bibat. Deinde Sacra-
 mentum Eucharistiæ est vinculum unionis; *Quicum-*
que ergò hoc Sacramentum suscipit, hoc ipso significat
se esse Christo unitum & membrum eius incorporatum,
quod quidem fit per fidem formatam, quam nullus ha-
bet cum peccato mortali. Et ideò qui cum mortali hoc
Sacramentum sumit, falsitatem in hoc Sacramento
committit & sacrilegium incurrit tanquam Sacra-
menti violator. Ità S. D. hic Q. 80. a. 4. O Porro
 hoc peccatum cum gravioribus peccatis accensetur,
 comparatur enim cum peccato occidentium Chri-
 stum, eo quod contra humanitatem & corpus
 Christi fiat; assimilatur etiam peccato Judæ osculo
 Christum tradentis. Ab hoc peccato non excusan-
 tur, qui suam culpam ignorantes, quod in statu mor-
 talis versentur, accedunt ad sacram Synaxin S. Th.
 l. cit. ad 5. ut igitur sine novo peccato ad hoc Sa-
 cramentum accedat is, qui conscius est peccati
 mortalis, præter sinceram contritionem vel attri-
 tionem debet præmittere confessionem sacramen-
 talem, ut patet tum ex dictis Disput. XV. Q. II.
 tum specialiter ex textu Apostoli: *Probet autem se-*
ipsum homo; quibus verbis mandatum Dei Apосто-

lus publicavit, *Ego enim accepi à Domino (inquit) quod & tradidi vobis*, ita verba Apostoli interpretatur Trid. sess. 13. de Euch. cap. 7. dum ait: *Communicare volenti in memoriam revocandum est eius præceptum* probet autem seipsum homo; *Ecclesiastica autem consuetudo declarat, eam probationem necessariam esse, ut nullus sibi conscius peccati mortalis, quantumvis sibi contritus videatur, absque præmissa sacramentali confessione ad sacram Eucharistiam accedere debeat, quod à Christianis omnibus etiam ab iis sacerdotibus, quibus ex officio incubuerit celebrare, hæc sancta Synodus perpetuo servandum esse decrevit, modo non desit illis copia Confessoris, quod si necessitate urgente sacerdos sine prævia confessione celebraverit, quamprimum confiteatur.*

Ex quibus verbis Concilii observanda sunt duo.

1. Concilium excipit casum, quo urget communis necessitas & desit copia Confessarii, tunc verò communicandi necessitas urget, quando ad communionem præcepto divino tenemur, puta in articulo vel periculo mortis, vel dum debet Parochus celebrare, nec per alium supplere potest, aut quando quis quidem nec communicare nec celebrare tenetur, attamen sine scandalo vel infamiae notâ Communionem vel celebrationem omittere non potest v.g. Parochus omittens & graviter offensus populum, laicus assidens publicè scamno communicantium, tunc autem non est copia Confessarii, quando nec sacerdos adest nec moraliter adesse potest, vel si adest non sufficienti jurisdictione instructus aut unicum mortale peccatum, quod habet pœnitens eidem sine periculo gravis damni corporalis vel spiritualis confiteri nequeat.

2. Si sacerdos sine prævia confessione celebraret urgente necessitate, quamprimum confiteri tene-

tur

De
tur,
rum
etiam
lebra
tes ob
tat,
ut er
tur,
sione
perfe
cum
sint
majo
conc
hoc
in p
cerd
confi
tum
gitu
sâ c
per
pec
præ
B
Con
fess
mur
exp
bet
de,
con
que

Domino (in-
 a Apostoli in-
 p. 7. dum ait:
 vocandum est
 no; Ecclesia-
 ationem ne-
 ti mortalis,
 e pramissa
 ristiā ac-
 etiam ab
 celebrare,
 decrevit,
 necessitate
 ebraverit;

sunt duo.
 omnis
 tunc verò
 ad com-
 pura in ar-
 debet Paro-
 e potest, aut
 are nec cele-
 infamia no-
 omittit non
 ter effendens
 mmo commu-
 ia Confessarii,
 iter adesse po-
 ictione infra-
 , quod habet
 damni corpo-
 sione celebraret
 confiteri tene-
 tur

DE FORMA EFFECTIB. ET SUMPT. SACR. EUCH. 503

tur, ut omnium propter angustias circumstantia-
 rum remedium ulterius non differatur, specialiter
 etiam ad confessionem supplendam sacerdotes ce-
 lebrantes & non laici vel alii clerici communican-
 tes obligantur, quia Concilium tales sacerdotes op-
 tat, qui quotidie vel frequenter celebrare possint,
 ut ergo ad hæc sacra mysteria magis idonei reddan-
 tur, mandat illos quantoocius sacramentali confes-
 sione mundari, quia est incertum an contritionem
 perfectam ante celebrationem habuerint, & licet
 cum solâ attritione celebrantes per Eucharistiam
 sint justificati, confessio tamen sacramentalis ad
 majorem humilitatem & firmitatem in proposito
 concepto conferet. Glossæ laxiores Tridentini super
 hoc ultimo puncto damnatæ sunt ab Alexandro VII.
 in propositione 38. *Mandatum Tridentini factum sa-
 cerdoti sacrificanti ex necessitate cum peccato mortali
 confitendi quamprimum est consilium & non præcep-
 tum.* Et 39. *Illam particulam: quamprimum, intelli-
 gitur, dum sacerdos suo tempore confitebitur.*

Q. 1. An ille, qui ante communionem præmis-
 sâ confessione recordatur alicujus peccati mortalis
 per oblivionem omitti, aut dubitat, an aliquod
 peccatum certe commissum sit confessus, debeat
 præmittere confessionem?

R. Ad 1. Affirmativè modo habeat copiam
 Confessarii & sine notâ & decenter denuò ad Con-
 fessarium accedere possit. *Ratio est: Quia com-
 munioni præmittenda est confessio integra; qua
 explicentur Confessario omnia peccata, quorum ha-
 betur memoria.*

Ad 2. Pariter affirmativa responsio probatur in-
 de, quod ille qui dubitat, an peccatum mortale
 confessus sit, habeat conscientiam peccati mortalis,
 quod nendum judicat esse clavibus Ecclesiæ subje-

etum; in neutram enim partem se resolvit, igitur antequam ad sacram mensam accedat, teneatur peccatum illud clavibus subicere & multò magis, si opinetur, id est, judicet, licet cum formidine oppositi, se nondum fuisse confessum illud peccatum. Quod si purum de nondum peractâ confessione habeat scrupulum, eò quod verè judicet se peccatum fuisse confessum, sed propter apparentem aliquam rationem inquietetur & impellatur, ut ab eo iudicio recedat, potest sine nova confessione ad Communionem accedere, juxtà communes scrupulorum regulas.

Q. 2. An debeat ante sacram communionem præmitti satisfactio?

R. Non requiritur hoc tempore satisfactio à pœnitente conscio peccati mortalis communioni præmissa, licet olim gravioribus peccatis obnoxii à communionem prohiberentur, antequam pœnitentiam per claves Ecclesiæ impositam persolvissent.

Ratio est. Quia nec jus divinum nec Ecclesiasticum his temporibus præscribit, ut satisfactio sacramentalis communioni præmittatur, undè ab Alexandro VIII. damnata est in Rigoristis propositio 12. *Sacrilegi sunt iudicandi, qui jus ad communionem percipiendam pretendunt, antequam condignam de delictis suis pœnitentiam egerint.* Consulendum tamen peccatoribus maximè enormibus, ut antequam ad sacram Synaxin accedant, internam cordis sui conversionem per pietatis & pœnitentiæ opera demonstrent.

Q. 3. An requiratur ad Eucharistiam cum pleno fructu suscipiendam munditia cordis, etiam à venialibus.

R. Sub distinctione sunt enim in peccato veniali duo: Reatus ad pœnam, & affectus ad peccatum;

De
tum;
Sacram
affectu
præter
illo de
non in
Th. hi
cata v
ut sum
primo
pedum
gere, q
sa dev
huius
tem m
ti effe
ta ven
munic
charit
cupid
ment
econ
cupid
& int
ritiæ
tate cl
liter p
ctu ad
hoc S
Di
catis v
y. 8.
nos se
acced
R.

DE FORMA EFFECTIB. ET SUMPT. SACR. EUCH. 505
tum; reatus in justis invenitur tamdiu, donec per
Sacramenta & pia opera leves noxas purgaverint;
affectus ad peccatum veniale est in illo, cui actus
præteritus inordinatus placet, aut non statuit ab
illo deinceps temperare; Reatus peccati venialis
non impedit effectus sacrae Communionis, quod S.
Th. hic Q. 79. a. 8. O. aliis verbis explicat: *Pec-
cata venialia dupliciter accipi possunt: uno modo, pro-
ut sunt præterita, alio modo, prout sunt actu exercita,*
*primo quidem modo peccata venialia nullo modo im-
pediunt effectum huius Sacramenti: potest enim contingere,*
*quod aliquis post multa peccata venialia commis-
sa devotè accedat ad hoc Sacramentum, & plenariè*
*huius Sacramenti consequatur effectum. secundo au-
tem modo peccata venialia impediunt huius Sacramen-
ti effectum, sed in parte.* Ex quo affectus ad pecca-
ta venialia eum effectum, quem aliàs sacra Com-
munionis causaret, impedit, quia amor venialium
charitatis fervorem imminuit, ac proinde auget
cupiditatem, cum secundum S. August. incrementum
cupiditatis sit decrementum charitatis, &
econtra incrementum charitatis sit decrementum
cupiditatis, quo minor autem est fervor charitatis
& intensior cupiditas, eo minor est effectus Eucha-
ristiæ; cum quantitas gratiæ habitualis ex quanti-
tate charitatis desumatur; ex quibus sequitur venia-
liter peccate eum, qui cum actuali vel virtuali affe-
ctu ad aliquam creaturam vel veniale peccatum ad
hoc Sacramentum accedit.

*Dices: Nullus est justus, qui non multis pec-
catis venialibus implicetur, juxtà illud 1. Joan. 1.
v. 8. Si dixerimus: quia peccatum non habemus, ipsi
nos seducimus. Ergo vix ullus ad hoc Sacramentum
accedere debet.*

2. Ex S. Francisco Salasio p. 1. Philoth. cap. 22.

quod longè differant peccatum veniale & affectus ad veniale; venialia vitare omninò non possumus, ipsorum vero affectu & amore carere possumus, si nullam quantumvis levi peccato inhærendi voluntatem foveamus. Quare libenter fateamur, quod sine peccatis venialibus, quæ ex ignorantia infirmitate & subreptione nascuntur, pro quorum dimissione etiam ipsi Apostoli cum cæteris fidelibus sunt iussi orare quotidie, dimitte nobis debita nostra, accedere vix sit possibile, ideòque merito ab Alexandro VIII. damnatus rigor propositionis 23. *Ar- cendi sunt à sacra Communione, quibus nec dùm in- est amor Dei purissimus & omnis mixtionis expers.*

DICO 3. *Jejunium nature: quod importat pri- vationem cujuscunque præassumpti per modum cibi vel potus. . . requiritur ad hoc Sacramentum.* S. Th. hic Q. 80. a. 8. ad 4.

Probatur hæc conclusio ex universalis Ecclesiæ consensu, secundùm quem ità semper observatum fuit, ut Eucharistia non nisi à jejunis sumeretur; undè præceptum hoc habetur ex traditione Apolto- lica, juxtà regulam quam dat S. August. lib. 4. de Baptismo contra Donatistas cap. 24. Quod univer- sa tenet Ecclesia nec conciliis institutum, sed semper retentum est, non nisi auctoritate Apostolicâ tradi- tum rectissimè creditur. Sed praxis de præmittendo sacra Communioni jejuniò semper in omnibus Ec- clesiis observata fuit, nec ejus institutionis fuit in aliquo concilio origo, de qua constat; ergo.

Congruentiæ hujus traditionis, loc. cit. O. à D. Th. adferuntur 1. Honor hujus Sacramenti, ut sic Christus intret in os hominis, nondum cibo & po- tu aliquo infectum, 2. Significatio: quod amor Dei & Christi charitas primum locum in corde ha- bere debeant. 3. Periculum vomitûs, qui pluribus

ex

DE FO
ex lum
immin
jejunus
Port
saltem
lud ter
nihil p
nec po
tus vel
tate lic
refert,
non, a
dum m
ab exte
tiatur
causan
catali
impec
trajici
væ &
bus o
dem e
non e
aliud
humo
Al
ristia
nis Ec
gravi
infir
tico,
diffic
post r
tinua
postu

ex sumptione etiam levium ciborum nonnunquam imminet. Addi potest major devotio, homo enim jejunos magis ad spiritualia est aptus.

Porrò hoc jejunium naturale consistit in eo, quod saltem à media antecedentis diei nocte usque ad illud temporis punctum, quo sumit Eucharistiam nihil per modum cibi vel potus sumpserit, & ideo nec post sumptionem aquæ vel alterius cibi vel potus vel etiam medicinæ in quacunque parva quantitate licitum est ad hoc Sacramentum accedere. Nec refert, utrum illud, quod sumptum est, nutriat vel non, an per se seorsim, an cum aliis sit sumptum, dummodo sumatur per modum cibi & potus, id est, ab exteriori imponatur ori & vitali actione deglutiat, seu in stomachum trajiciatur, ob quam causam reliquæ ciborum in ore remanentes, si casualiter post medium noctis deglutiantur, non impediunt sumptionem hujus Sacramenti: quia non trajiciuntur per modum cibi, sed per modum salivæ & eadem est ratio de reliquiis aquæ vel vini, quibus os abluitur & de vino vel condimento, quod quidem ore sumitur, sed statim expuitur: tunc enim non exercetur actus manducationis vel potationis; aliud est de saccharo vel tabaco ori imposito, si illius humor in stomachum trajiciatur.

Aliqui casus excipiuntur, in quibus potest Eucharistia sumi à non jejunis: 1. Infirmis licet non jejunis Eucharistiam sumere, si jejunium naturale sine gravi incommodo ferre nequeant, indulgentia hæc infirmis concessa est ab Ecclesia, ne fraudentur viatico, ità ut non sit necessarium eos abstinere cum difficultate notabili à cibo & potu, licet etiam post mediam noctem aliquo tempore possint continuare jejunium, ac ità jejuni communicare, sed possunt sumpto cibo & potu usque ad competen-

eniale & affectus
non possumus,
re possumus, si
hærendi volun-
etur, quod si-
rancia infirmi-
norum dimif-
fidelibus sunt
debita nostra,
erito ab Alex-
onis 23. Ar-
s necdum in-
nis expers.

importat pri-
modum cibi
tum, S. Th.

alis Ecclesiæ
r observatum
nis sumeretur;
itione Apolto-
ugust. lib. 4. de
Quod univers-
urum, sed semper
Apostolicà tradi-
de præmittendo
r in omnibus Ec-
stitutionis fuit in
onstat; ergo.

, loc. cit. O, à D.
ceramenti, ut sic
ndum cibo & po-
atio: quod amor
locum in corde ha-
ritus, qui pluribus
ex

tem horam expectare, & tunc sacram Eucharistiam sumere: quia verò hæc Indulgentia non est limitata ad unam vicem, licitum est infirmo periculosè ægrotanti non jejuno sæpè in eadem infirmitate hoc Sacramentum porrigere, si videlicet idem mortis periculum duret, vel de novo redeat, aliàs si brevi post sumptum viaticum videatur infirmus moriturus, non est ei non jejuno sæpiùs danda sacra Communio, requirunt igitur, ut inter utramque Communionem sex vel octo dies fluxerint, ad infirmum tamen communicandum non potest sacerdos non jejunos celebrare, ideoque si post prandium nulla in Ecclesia inveniretur hostia consecrata, nec adesset jejunos presbyter, infirmo in extremis constituto satis deberet esse communio spiritalis: Tum quia in tali casu non obligat præceptum Christi; tum quia prævalet reverentia Sacramenti utilitati privatæ, ob quam non decet, ut Eucharistia contra præscriptas leges & Ecclesiæ ritus consecratur.

2. Licet sacerdoti non jejuno Eucharistiam sumere, ut perficiat sacrificium, quod factâ unius aut duplicis speciei consecratione, sacerdos à quo inceptum fuerat etiam repentino casu ad exitum nequit perducere; Jejunium enim est juris Ecclesiastici, aut sacrificii perfectio & consummatio est juris divini, quod præponderat juri Ecclesiastico, quod præcipit Eucharistiam sumi à jejuno.

3. Sacerdos non jejunos vinum consecrare & sumere potest, si in ipsa Communione aquam per errorem calici infusam fuisse advertat, ita enim Rubricæ Missalis de defectibus in celebratione Missæ occurrentibus Tit. 4. si post verba consecrationis advertat vinum non fuisse positum, sed aquam, deposita aqua in aliud vas, novum vinum cum aqua
ponat

De For
ponat in
prædicti
hoc adve
modi aq
crandam
utrumqu
si Missa e
sunt ad
vinum c
consecra
4. Pa
cerdoti r
dispensa
post per
sumere,
ricularu
nem mo
dos ab
servare
interve
perire.
5. I
culcet
illud à
est: qu
ti est in
verenti
potest.
Q.
sumpti
nereæ?
R. I
catum
tate im
est ex p

DE FORMA EFFECTIB. ET SUMPT. SACR. EUCH. 509
 ponat in calice, & consecret resumendo à verbis
 prædictis: simili modo postquam cœnavit &c. si
 hoc advertat post sumptionem corporis vel hujus-
 modi aquæ, apponat aliam hostiam iterum conse-
 crandam & vinum cum aqua in calice offerat,
 utrumque consecret & sumat, licet non sit jejunus;
 si Missa celebretur in loco publico, ubi plures ad-
 sunt ad vitandum scandalum, poterit apponere
 vinum cum aqua, & factâ oblatione, ut supra,
 consecrare, & statim sumere, & proseguere cætera.

4. Particulas in patena aut calice superstites sa-
 cerdoti non jejuno post sumptam abluitionem, post
 dispensatam populo fideli communionem, imò
 post peractum omni ex parte sacrificium licitum est
 sumere. Cujus ratio est: Quia sumptio talium par-
 ticularum unam eandemque cum sacrificio actio-
 nem moralem constituit; postquam tamen sacer-
 dos ab altari recessit tutius est similes particulas re-
 servare, nisi periculum irreverentiæ vel amissionis
 interveniret, tunc enim satius est illas sumi, quam
 perire.

5. Instante periculo, ne Sacramentum hoc con-
 culcetur, aut ab infidelibus dehonoretur, potest
 illud à non jejuno sacerdote vel laico sumi. Ratio
 est: quia jejunium in reverentiam hujus Sacramen-
 ti est institutum; ergo ad vitandam majorem irre-
 verentiam hujus Sacramenti à non jejuno sumi
 potest.

Q. An & qualiter impediatur Sacramenti hujus
 sumptionem immunditia carnalis pollutionis Ven-
 nereæ?

R. I. Quotiescunque pollutio nocturna est pec-
 catum mortale, usum hujus Sacramenti ex necessi-
 tate impedit: ita ut sine sacrilegio accedere nequeat;
 est ex præcedentibus indubitatum: si enim quodli-
 bet

icram Eucharisti-
 entia non est li-
 infirmo peticu-
 idem infirmita-
 idelicet idem
 o redeat, aliàs
 eatur infirmus
 pius danda sa-
 at inter utram-
 fluxerint, ad
 on potest sa-
 si post pran-
 tia conlecta-
 mo in extre-
 unio spiritua-
 at præceptum
 a Sacramenti
 t, ut Euchá-
 estæ ritus con-

ucharistiam lu-
 à factâ unius aut
 erdos à quo in-
 u ad exitum ne-
 est juris Ecclesia-
 summatio est ju-
 ri Ecclesiastico,
 jejunio.
 consecrare & lu-
 nione aquam per
 extat, ita enim Ru-
 celebratione Missæ
 rba consecrationis.
 m, sed aquam, de-
 vinum cum aqua
 ponat

bet peccatum mortale hujus Sacramenti usum impedit, multo magis pollutio ex peccato mortali secuta, quæ culpæ mortali superaddit corporis immunditiam & mentis hebetudinem indisponens ad hoc Sacramentum dignè suscipiendum, tunc autem pollutio est peccatum mortale, quando consensus voluntatis est in illam etiam non procuratam, aut quando est voluntaria in se, vel in sua causa v. g. cogitationibus, sermonibus aut actionibus impudicis.

2. Post pollutionem mortaliter malam, nullus etiam ritè confessus & absolutus eadem die sacram Communionem sumere debet, ità videtur sentire S. Th. tum hic 2. 7. ad 4. ubi ad objectionem, quod peccatum mortale per pœnitentiam deletur, respondet: *Dicendum, quod licet per contritionem & confessionem auferatur reatus culpa, non tamen auferitur corporalis immunditia & distractio mentis ex pollutione secuta tum in 4. Dist. 9. a. 4. qlâ 2. ad 2. Non esset consulendum alicui, quod statim post peccatum mortale pollutionis nempe contritus etiam & confessus ad sacram Eucharistiam accedat sed deberet, nisi magna necessitas urgeret, per aliquod tempus propter reverentiam abstinere.*

3. Pollutio nocturna, cui quis non consensit, aut quæ nascitur ex causa, quæ sit peccatum veniale, non ex necessitate quadam, sed ex congruitate impedit sacram Communionem, ità sumitur ex S. Th. hic Q. 80. a. 7. in O. *Eti quidem sit sine peccato, vel cum peccato veniali, non ex necessitate impedit sumptionem hujus Sacramenti, ità scilicet, quod homo sumendo sit reus corporis & sanguinis Domini; quare autem ex congruitate in tali casu debeat abstinere à sacra Communionem S. D. dicit loc. cit. esse propter duo, quorum unum semper accidit, scilicet*

DE FOR
licet qu
reverent
unde E
lavant)
quitur p
mrpi im
impedim
poni deb
ant dies
ro, quon
4. A
dit de r
Thomæ
conjugal
da proli.
peccat s
lum est
cato sci
tis distr
cit super
axores
gis ille
qui con
lari at
sed quon
sumus,
quia ho
cessitat
quod t
amor p
re, tur
veniali
ad hoc
Ex
suaden

licet quadam fœditas corporalis, cum quâ propter reverentiam Sacramenti non decet accedere ad altare (undè S. volentes aliquid sacrum tangere, manus lavant) . . . aliud autem est evagatio mentis, quæ sequitur pollutionem nocturnam, præcipuè quando cum turpi imaginatione contingit, addit tamen S. D. hoc impedimentum, quod ex congruitate provenit, postponi debet ob aliquam necessitatem puta cum fortasse aut dies festus exigit, aut exhibere ministerium pro eo, quod alius sacerdos deest, ipsa necessitas compellit.

4. Actus conjugalis venialiter malus non impedit de necessitate à sacra Communionem verba D. Thomæ sunt loc. cit. ad 2. dicendum, quod coitus conjugalis si sit sine peccato (puta si fiat causâ generanda prolis vel reddendi debitum) non aliâ ratione impediatur susceptionem hujus Sacramenti, nisi sicut dictum est de pollutione nocturna, quæ accidit sine peccato scilicet propter immunditiam corporalem & mentis distractionem. Ratione cujus S. Hieronymus dicit super Matthæum: Si panes propositionis ab his, qui uxores tetigerant, comedi non poterant, quanto magis ille panis, qui de cœlo descendit, non potest ab his qui conjugalibus paulò ante hæere complexibus violari atque contingi, non quod nuptias condemnemus, sed quod eo tempore, quo carnes Agni manducaturi sumus, vacare à carnalibus operibus debeamus. Sed quia hoc secundum congruitatem & non secundum necessitatem est intelligendum, D. Gregorius dicit: quod talis est suo iudicio relinquendus, si vero non amor procreanda prolis sed voluptas dominatur in opere, tum prohiberi debet (intellige sub pœna peccati venialis, si alioquin sit in statu gratiæ) ne accedat ad hoc Sacramentum.

Ex quibus sequitur: Non omnibus Christianis suadendam esse frequentem Communionem, quia

ut S. Th. hic Q. 80. a. 10. O. dilcurrit: *Circà usum huius Sacramenti duo possunt considerari, unum quidem ex parte ipsius Sacramenti, cuius virtus est hominibus salutaris, & ideo utile est, quotidie ipsum sumere; alio modo potest considerari ex parte sumentis, in quo requiritur, ut cum magna devotione & Reverentia ad hoc Sacramentum accedat;... sed quia multoties in pluribus hominum multa impedimenta huius devotionis occurrunt propter corporis indispositionem vel animæ, non est utile omnibus hominibus quotidie ad hoc Sacramentum accedere, sed quotiescunque se ad illud homo invenerit preparatum, præmittit S. D. ideo, si aliquis se quotidie ad hoc paratum inveniat, laudabile est, quod quotidie sumat, unde Augustinus cum dixisset: Accipe quotidie ut quotidie tibi proficiat, subiungit, sic vive, ut quotidie merearis accipere; quibus conformiter Innocent. XI. anno 1679. die 12. Februarii in speciali decreto de frequenti Communione. Statuit, Christi ministris, ut quotidianam & frequentem Communionem indulgeant, non satis esse; ut status gratiæ sanctificantis habeant rationem, sed præterea requiri, ut ad conscientiæ puritatem, frequentiæ fructum, & pietatis augmentum attendant, ut in conjugatis hoc amplius advertant, cum B. Apostolus nolit eos invicem defraudare, nisi ex consensu fortè ad tempus, ut vacent orationi, tantò magis ob debitam reverentiam Eucharistiæ debent vacare continentiæ; concludit: Populum ergo docendum, ut illi qui se minus paratos senserint, abscedant à sacra Communione, ut per pietatis opera se deinceps magis paratos exhibeant.*

DICO 4. *Manifestis peccatoribus non debet etiam petentibus sacra Communio dari;... si verò non sint manifesti peccatores, sed occulti, non potest eis petentibus*

De For
tibus sa
a. 6. in
Ratio
non habe
Sacrame
peccator
jam ante
Ratio
blicè pet
occultum
Eucharist
norum co
entiã pri
Non o
ris Dei,
tionem S
vè, acti
mala pe
blicè pe
rivè ad
ramen
negand
menti e
dire inc
lequitur
negetur
tenti, n
dum: nec
na sulce
DICO
anguine
tradidit.
Probi
observa
suscepit

DE FORMA EFFECTIB. ET SUMPT. SACR. EUCH. 513
ibus sacra Communio denegari, S. Th. hic Q. 80.
a. 6. in O.

Ratio 1. partis est: Quia manifesti peccatores non habent jus petendi Eucharistiam & reverentia Sacramenti exigit, ut illa non detur indigno, nec peccator exindè diffamatur, cum præsupponatur jam ante esse infamis.

Ratio 2. partis est: Quia peccator occultus publicè petens non est privandus jure suo ob delictum occultum; baptizatus autem habet jus ad petendam Eucharistiam, & minister publicus in publica bonorum communium distributione non debet uti scientiâ privatâ cum gravi infamiatione alterius.

Non obest: Quod potior debeat esse cura honoris Dei, quam famæ proximi; quia ad inhonorationem Sacramenti minister se habet tantum passivè, actio enim ministri de se est bona, & sic mala propter malitiam sumentis, econtrâ, si publicè petenti negaretur Eucharistia, minister positivè ad inhonorationem proximi concurreret, si tamen peccator occultus occultè peteret, esset ei neganda Eucharistia: quia minister hujus Sacramenti ex sua parte tenetur, quantum potest impedire indignam susceptionem Sacramenti, si nullum sequitur indè incommodum vel scandalum, sed si negetur Eucharistia peccatori occulto occultè petenti, nullum sequitur in fama petentis incommodum nec proximi scandalum, & impeditur indigna susceptio; ergo.

DICO 5. *Christus, .. primò ipse corpus suum & sanguinem sumpsit, & postea Discipulis sumendum tradidit.* S. Th. hic Q. 81. a. 1. O.

Probat 1. pars: Ratione S. Th. Christus prius observavit ea, quæ aliis observanda præcepit; sic suscepit Baptismum & Act. 1, v. 1. dicitur: *Cæpit*

Jesus

Iesus facere & docere. Ergo cum aliis dederit sumendum suum corpus, ipse prius illud sumpsit, non impassibile, quia tale nondum erat, ergo passibile, modo tamen impassibili, quia juxta dicta superius, tali modo est sub speciebus panis & vini præsens. Non accepit tamen Christus ex hoc Sacramento augmentum gratiæ; cum plenitudinem gratiæ habuerit à primo instanti conceptionis, sed percepit ex hoc Sacramento delectationem quandam spiritualem, undè dicebat: Lucæ 22. v. 15. *Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum.*

2da Pars probatur; Ex Textu sacræ Scripturæ: Accipite & manducate, hoc est Corpus meum, &c. nec exclusit ab hac Communionem ipsum Judam, cujus hanc congruentiam assignat D. Th. hic Q. 81. a. 2. in O. *Quia Christus nobis debuit esse exemplum justitiæ, non conveniebat ejus magisterio, ut Judam occultum peccatorem sine accusatore & evidenti probatione ab aliorum Communionem separaret, ne per hoc daretur exemplum pralatis Ecclesiæ similia faciendi & ipse Judas exasperatus inde sumeret occasionem peccandi.*

Q. Quis sit Minister dispensans hoc Sacramentum & qualiter illud dispensandum?

*R. 1. Solus sacerdos est minister ordinarius dispensans Eucharistiam, quia dispensatio Eucharistiæ est actus accessorius & secundarius consequens ad confectionem Eucharistiæ velut actum principalem; ergo ad eundem pertinet, ad quem pertinet consecratio Eucharistiæ, undè Trid. sess. 13. de Euch. cap. 8. dicit: *Ex Apostolica traditione hunc morem semper in Ecclesia fuisse, ut laici à sacerdotibus Communionem acciperent.**

Dixi: Ordinarius; quia in gravi necessitate potest

DE FO
est ex
Christi
cem con
assignat
onus qu
ticipat d
non ante
Episcopo
netur in
dispensan
ducitur
pore pe
præsump
officio in
quod lai
in qua a
fuit eff
enim Eu
est, rev
rum tre
lis mini
dispens
olim lic
conserv
re, 3ti
cessante
commu
illam ab
R. 2
landam
pensans
tem ord
sumpta
de sepu
Privileg
Pars

est ex commissione sacerdotis Diaconus corpus Christi dispensare, sicut antiquitus Diaconi calicem consecratum populo ministrabant. Rationem assignat S. Th. hic Q. 82. a. 3. ad 1. *Quod Diaconus quasi propinquus ordini sacerdotali aliquid participat de ejus officio, ut scilicet dispense sanguinem non autem corpus Christi, nisi in necessitate iubente Episcopo vel presbytero, quia sanguis Christi continetur in vase, unde non oportet, quod tangatur à dispensante, sicut tangitur corpus Christi.* Hinc deducitur 1^o, quod in gravi necessitate v. g. tempore pestis possit Diaconus absente sacerdote ob præsumptam Ecclesiæ delegationem seipsum huic officio ingerere & Eucharistiam dispensare. 2^{do}, quod laici & inferiores clerici etiam in necessitate, in qua aliquis sine viatico esset moriturus, non possint esse dispensatores Eucharistiæ: Præceptum enim Eucharistiæ tunc ligat, quando illa eâ, quâ par est, reverentiâ potest ministrari; exigunt autem horum tremendorum mysteriorum dignitas, ut à solis ministris ab Ecclesia designatis servatis servandis dispensentur, excipitur casus persecutionis, in quo olim licebat Christianis sacram Eucharistiam domi conservare & instante periculo seipsos communicare. 3^{tiò}, quod sacerdotes in necessitate vel etiam cessante scandalo ex causa devotionis sibi metipsis communionem ministrare possint, si non possint illam ab alio sacerdote accipere.

R. 2. Ex ordinatione Ecclesiæ ad licitè dispensandam Eucharistiam requiritur imprimis: ut dispensans sit Pastor ordinarius vel ab habente potestatem ordinariam commissionem expressam vel præsumptam habeat, ita statutum in Clement. dudum de sepult. lib. 3. tit. 7. Clement. Religiosi 1. de Privileg. lib. 5. tit. 7. Hujus ratio datur: quæ ad

XV.
 is dederit su-
 illud sumptis,
 erat, ergo
 uia juxta di-
 bus panis &
 istus ex hoc
 plenitudi-
 ceptionis,
 ctationem
 Luca 22.
 manducare
 Scripturæ:
 m, &c. nec
 am, cujus
 281. a. 2.
 mplum ju-
 ut fudam
 dent: proba-
 , ne per hoc
 ia facienda:
 casionem pec-
 oc Sacramen-
 ordinarios dis-
 tio Eucharistiæ
 consequens ad
 tum principa-
 quem perinet
 id. sess. 17. de
 ditione hunc mo-
 ci à sacerdotibus
 vi necessitate po-
 test

officium proprii Pastoris pertinet proprias oves pascere, populus autem Christianus pascitur hoc cibo supernaturali; hinc religiosi licitè ministrant Eucharistiam toto anno omnibus fidelibus ad suas Ecclesias venientibus exceptâ communionem paschali, quam tenentur sumere in suis parochiis ad satisfaciendum præcepto Communionis paschalis; quia censetur adesse consensus interpretativus parochi, vel si parochi irrationabiliter sint inviti, adest sufficiens concessio Ecclesiæ & supremi Pastoris in variis privilegiis expressa. Deinde ad licitè dispensandum requiruntur ritus ab Ecclesia præscripti, nempe: ne in alia specie quàm panis Eucharistiam ministrent. Ut sit minister indutus stolâ & superpelliceo. Ne det illam tempore aut loco prohibito. Ne in privatis ædibus extra casum necessitatis. Ne sine luminaribus, Præmissâ confessione & absolutione generali. Non aliis digitis quàm indice & pollice. Necessitas tamen quandoque ab his solemnitatibus excusat, sic, si infirmus sine viatico esset moriturus, posset ipsi à sacerdote dari Eucharistia aliis digitis quàm indice & pollice, quando istis propter chiram dare non posset, sic etiam cum vino in cochleari Eucharistia potest ministrari, si infirmus aliter recipere nequeat.

¶ 3. Parochus tenetur ex justitia suis subditis aliunde capacibus & dispositis non tantùm tempore præcepti & necessitatis, sed etiam quoties rationabiliter petunt, Eucharistiam ministrare, si non sint alii, à quibus illam petere possint, quia Pastor suis ovibus non tantùm tenetur præstare necessaria, sed etiam valdè utilia pasqua, idè enim à subditis accipit sustentationem, undè parochus tenetur regulariter etiam cum periculo vitæ ministrare Eucharistiam peste laborantibus. Dixi: regulariter:

ter:

De F
ter: q
possum
charist
irrever
ante d

D

De

EUC

se
poris h
Sess. 2

Missa

aut q

ad ma

que h

vox lic

men p

misfic

sacrum

dam a

action

tur, t

à pop

tum o

Deum

nem p

ad po

siebat

toriur

catech

hæc in

venit

bratq

DE FORMA EFFECTIB. ET SUMPT. SACR. EUCH. § 17
ter: quia per accidens variæ circumstantiæ evenire
possunt, quæ ab hac obligatione ministrandi Eu-
charistiam tempore pestis excusant, ut si timeatur
irreverentia Sacramenti, si peste infectus paucis
ante diebus communicasset.

DISPUTATIO XXVI.

De Essentia & Ministro Sacrificii Missæ.

EUCHARISTIA non tantum Sacramentum,
sed etiam Sacrificium est, ut contra nostri tem-
poris hæreticos definiuit Concilium Tridentinum
Sess. 22. de Sacrif. Miss. can. 1. *Si quis dixerit in
Missâ non offerri Deo verum & proprium Sacrificium,
aut quod offerri non sit aliud, quam Christum nobis
ad manducandum dari, Anathema sit.* Vocatur-
que hoc Sacrificium communi nomine; *Missâ*, quæ
vox licet ab aliquibus ab Hebraico deducatur, attra-
men probabilius est latina significans idem, quod
missio, ac denotans ipsam sacram ceremoniam, quâ
sacrum Christi Corpus & Sanguis cum piis quibus-
dam ritibus in altari à sacerdote offertur aut ipsam
actionem, quâ Sacramentum Eucharistiæ confici-
tur, tum quod hoc Sacramentum ex oblatis olim
à populo missis fieret, tum quod Ecclesia sacerdo-
tum ore & manibus preces suas in hoc sacrificio ad
Deum mittat, tum propter solemnem dimissio-
nem plebis, quæ fit in fine sacrificii, dum dicitur
ad populum: *Ite, Missâ est.* Et quia olim duplex
fiebatur dimissio: una catechumenorum ante offer-
torium, altera fidelium in fine, duplex erat Missas
catechumenorum, & fidelium. Licet autem vox
hæc in sacra Scriptura non inveniatur, res tamen in-
venitur, estq; vox hæc in Ecclesia antiquissima, cele-
bratq; Missâ Catholica Ecclesia ex urgentibus ratio-